

Christian Woldenberg Johannes Fridericus Hupelius


## **Exercitatio Academica Exhibens Ideam Seu Delineationem Iuris Publici In Imperio Nostro Rom. German.**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75004974X>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (135.)

1. De Bunanu, de jure circa rem monetariam in germania.
2. ab Reminga, de obligatione principis successoris ad antecessoris sui debita ex feudis imperii praestanda.
3. Moeller, De usu practico distinctionum feudaliu.
4. Moeller secundum speciem de usu practico distinctionum feudaliu.
5. Schroeter, de delictis Vasallorum quae in personam Domini committuntur, Nam die Harbarow den Hasellen, ud. sp. m. d. d. du. insu. f. a. s. a. b. g. u. n. g. u. e. m. a. n. d. u.
6. Schroeter, de vasallo non statu imperii.
7. Schroeter de autoritate domini qua consensum in alienationem vel onerando feudo respicienda.
8. Schroeter, de feudo ab uxore marito in dotem dato.
9. Carrath, Sin im nystigme Gyniffu nam die Obriest = Hniff nystarlif Gannalt die R. e. i. p. a. t.
10. Becq, de triplici advocacia imperatoris ecclesiastica.
11. Becq de consensu feudali.
12. Becq de feudis transmissione laeminis.
13. Becq de verba indole feudi et officii nobilitis.
14. Becq de iuris provincialibus saxonis.
15. Philippi, de jure tam publici quam privati principis et praecipuis.
16. Pickler, de interregno.

17. Plauto seu Wild, Unſerung der Freyherren von  
Gaulgraben Amtl.
18. Waldenberg. idea seu delineatio juris publ. in imperio  
roſtro rom. germ.
19. Wolf. de feudorum imperii origine atque uidele  
ſub primis Francoſum regibus.
20. Feſtner, de profeſſione artis.
21. Joachim, de archicamerario ſacr. rom. germ. imp.
22. de Numbraad. ſorum S. imperii romano germ.  
princip.
23. Nettelblatt, de episcopis regi Sueuici roman.  
catholicis.
24. Nettelblatt, formula regiminis ſueuici
25. Nettelblatt. de jure circa rem nummariam in ſueuia

186  
I. N. D. N. J. C.  
EXERCITATIO ACADEMICA

*Exhibens*

IDEAM SEV DELI-  
NEATIONEM JURIS PUBLI-  
CI IN IMPERIO NOSTRO  
ROM. GERMAN.

*Quam*

Consensu Nobilissimi & Amplissimi Jctorum  
Ordinis in ALMA AD VARNUM  
PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo  
& Excellentissimo

DN. CHRISTIANO WOL-  
DENBERGIO, Phil. J.U.D. Decretal. PP.

Ducalis Consistorii Assessore, Patrono atq; Fau-  
tore suo singulariter suspiciendo

In Auditorio Majori ad diem 20 April.

*Publicè ventilandam proponit*

JOHANNES FRIDERICUS HUPELIUS.

VINARIENSIS

AUTOR ET RESPONDENS.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1664.

V I R O  
*MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AM-  
PLISSIMO AC CONSULTISSIMO*

D<sup>n</sup>. JOHANNI  
HEINRICO  
M E N I O

SS. ROM. IMPERII EQUITI,  
HEREDITARIO IN *Auerstädt /*  
*Steindorff / &c*

*SERENISS. AC CELSISS. PRINCIPIBUS*  
&

DOMINIS,

DN. JOH. GEORGIO ELECT. SAXON.

DN. MAURITIO Duc. SAXON.

A CONSIL. SECRETIORIBUS, CANCELLARIO

ITEM NUMBURGICO ET CIZENSI, CONSISTOR.

ECCLESIAST. PRÆSIDI, GYMNASII QUOQ;

PORTENSIS INSPECTORI GRAVISS. &c.

Mecœnati OPT. MAX., Patrono incomparabili,  
nec non Domino suo Susceptori ad sacrum lavacrum  
omnigenò devotissimæ observantiæ cultu æviternum  
devenerando, prosequendo

*Primitias hæcæ Academicas eâ, quâ par est, religione  
dicat, dedicat, consecrat*

Submississimus Cliens

AUTOR.



Ristippo quàm aliquando ut refert *Laërtius in vit. Phil. lib. i. c. 8.* à Dionysio Siculorum Rege tres parili formæ elegantia contendentes virgines offerrentur, optione datâ, quam sibi vellet eligendi: Ipse omnes apprehendens, *ne Paridi quidem, inquit, tutum fuisse novius, unam ceteris pratulisse.* Idem ferè mihi de materiâ aliquâ Juris Publici exarandâ, & publico Eruditorum examini Disputationis vice subjiciendâ cogitanti obtigit: Quippe dum anxiam & ancipitem de hujus aut illius eligendæ præstantiâ litem decernere, infirmitatis meæ conscientia deterritus imperum cepi, ac tres simul ejusmodi unâ, quamvis in diversis frontibus, Majestate conspicuas Veneres, sub tribus tamen peculiaribus Sectionibus, ceu gynæcæis, collocatas in Literatorum conspectum ausus sum producere. Atque utinam per temporis

A angu-

UE

9

I

S.

=

angustiam honorariò cum agnatis & connatis  
ipfarum dotibus contendere licuisset certami-  
ne, ut quantum in easdem Prodigia penè Na-  
tura contulit artificium; tantam ego item ad  
condignam absolvendi ornatùs expolitio-  
nem adhibuiffem operam: tunc forsitan,  
(quod in cæteris mihi consuevit esse adjumen-  
to, id quidem heic omnino deficit) quò per in-  
genii tenuitatem penetrare non valuiffem, sub-  
fidio mihi diligentia comparato felicius evasis-  
sem. Quicquid verò sit, jacta nunc est alea.  
Veniam fortè si mereor, & illud quoque in ma-  
teria potius gravi, quam humili juvabit.

### Quod felix & faustum Sacra Trias esse jubeat.

I.

**J**us Publicum dictum q̄ Populicum non uno modo accipi con-  
suevit. Quandoque enim *proprie* sumitur; quandoque *im-*  
*proprie*. *Improprie*, quando Juris Publici esse dicitur illud, quod  
quidem singulorum utilitatem spectat, sed tamen à Jure Publi-  
co ita regitur & dirigitur, ut in Privatorum hominum potestate  
non sit. *Limn, Tom. 1. J. P. lib. 1. cap. 1. n. 5.* Quemadmodum Testa-  
menti factio Juris Publ. dicitur, l. 3. *D. qui testam. fac. poss.* ideoque  
non potest ab homine privato concedi, sed tantum à lege, *Nov. 22.*  
*cap. 2. vel à principe ff. qui testam. fac. poss. l. si mutus 7. & C. de inoffic.*  
*Testam. l. si quando 35.* Hoc quoque modo Tutelam & Curam placu-  
it Publicum munus esse *princ. Inst. de Excus. Tut. Proprie*, vel *aliqu.*  
*latius*, quod ipsum cujusque Reipub. statum s. formam, *quanimir,*  
*stet,*

fer, nec sine eo talis consistere possit *Limn. l. 1. cap. 10. Donell. 2. Comm. c. 5. respicit. Vel strictius. Quod statutum Rei Romanæ §. ult. Inst. de J. & J. aut regimen Romano-Germanici Imperii Barudlach Epit Jur. Publ. univers. l. 1. c. 1. n. 3. Sinolt. cognom. Schulz in Colleg. Publ. de statu Rei Rom. Disp. 1. th. 4. comprehendit.*

2. Hoc considerare possumus I. *Ratione Sui ipsius & Respectu originis*, quatenus est vel *Antiquum Romani Veteris*, vel *Hodiernum Imperii nostri Romano-Germanici. Illud ad nostrum quæ spectant statum decidendas controversias oborto sc. collo rapere cum nihil aliud fiet, quam Humano Capiti Cervicem pictor equinam jungere sive lit, intractum relinquimus*, delineaturi saltem, quod ipsum statum Imperii nostri immediate & principaliter spectat, quem exploratum habere omnium interest, per *L. 17. D. de stat. hom. Georg. Schulz in Synops. J. 1. de J. & J. §. fin. lit. A. Vide in erea ss. ff. lib. 1. 49. & 50. Cod. lib. 1. & trib. posteriorib. Novell. & Leg. Reg. de qua vide Carpz. Limn. lib. 1. c. 4.*

3. Id quod igitur hauriri debet tum ex *Scriptis Imperii nostri Fundamentalibus L.L. videl. ex Recessibus Imperii, in quibus colligendis insignem operam præstitit Melch. Goldast. ab Heiminsfeld qui tamen legis an vigorem obtineant dubitatur, Schulz d. 1. th. 10. lit. d. Dan. Otto. Jur. Publ. Cap. 11. p. m. 462. Cujac. 17. Observ. 31. Arnold Engelbrecht de Jurisd. Imp. & c. Capitulationib. Imperatoriis. Vid. Limn. lib. 1. cap. 12. Aurea Bulla Caroli IV. Vid. Buxtorff usque ad 18. cap. Dom. Arum. Limn. cap. 11. & c. Decisionibus Cameralium Limn. Tom. 3. l. 9. c. 2. n. 4. & 5. Constitutionib. Caroli V. Criminalibus. Constitutione de Pace Publica Maximil. I. Anno 1495. Wormatiæ & Anno 1500. Augustæ. Carol. V. Anno 1521. Worm. Anno 1522. Norimberg. Anno 1548 & 1551. Augustæ. Ferdinand. Anno 1555. Vid. Limn. Tom. 1. lib. 1. Cap. 12. De Pac. Religios. & Prof. Augustæ. 1557. Ratisbonæ. Et Anno 1559. Augustæ Maximil. II. Anno 1566. Augustæ, Anno 1570. Spira & postremo 76. Ratisbonæ. Pacificatione Religiosa de Anno 1555 & Anno 1566 Vid. Schultz d. 1. Instrumento Pacis Osnabrugis 1648  $\frac{24}{7}$  Octobr. confecto, & postmodum Recessui Imperii novissimo Ratisbonæ. 1654. habito à verbo ad verbum inserto, ut pro universali Imperii Legge allegari possit & c. nec non graviorib. Ejusd. Scriptoribus, quorū Catalogum hic recensere nec angustia chartæ, nec brevitatis temporis permittit. Vide tamen *Compendium Juris Cameralis novissimi Instru-**

UE

9

I

S.

entis Pacis & novissimo Recessui conformatum, cum Lege Imperii nova  
à Joh Theodoro Sprengero, & post ab Henrico Hahnio Jcto 1655 editum.  
ac Dn. Conringi commentarium historicum de origine Juris Germanici  
Tum ex Moribus seu Consuetudine & Observantia, des Reiches löb-  
lich. Herkommen / quæ in J. P. quoque primum locum obtiner.

4. II Considerare possumus *Ratione Objecti.* Quod est  
Imperium nostrum Romano-Teutonicum, ejusque status & Regi-  
men Braudl. Epit. J. P. l. 1. c. 1. n. 22. & definitur ab Eodem ib, ulti-  
ma & suprema Monarchia à Romanis incepta & virtute Caroli M.  
ad Germanos translata, inque hodiernum diem continuata Dan. Otto  
Cep. s. p. m. 92. definit, quod à Græcis ad Francos & hinc ad Familiam  
Oibonum & gentem Saxoniam (Austriac. continuâ serie) est trans-  
latum.

5. Consideratur autem vel in *Genere*, ut *Corpus*, vel in *Specie*  
ut *Membra*. Utrumque eò dilucidius, ut spero enitebit, quod si  
tribus peculiarib. Sectionib. primum de *Origine & Constitutione*  
Ejusd. deinde de *Acquisitione &c.* tum de *ipsa Administratione*  
acturi simus.

## S E C T. I.

### C A P. I.

D E

*causâ dicitur diversa Imperia  
videtur causâ maxime distincta  
fundit, confisam tradit illis  
causâ. Por hoc facitur. 2.*

Origine & Constitutione Imperii nostri  
Romano-Germanici.

*cor, quia sic videtur  
namque imperium cum  
Germanico, quod tamen  
tributum maxime est  
illo (a) Administratione*

I. In Constitutione igitur Corporis universi delineanda eò fe-  
licius & velocius progrediemur, ubi ad Membra ejusd. discernenda  
antequam accingamur, in Generalem Totius primum Corporis  
Constitutionem h. e. in *Causam* 1. *Efficientem*. 2. *Materiam*. 3. *Formam*  
& 4. *Finem* inquiremus.

*a. Lætie Sui  
Imperio nostro est  
Objecti quia tenent  
entem Germanicâ*

2. *Causam* itaque *Efficientem* quod attinet, ea est vel *Principa-*  
*tionis*, ut *DEUS OPT. MAX.* ut qui transfert regna de gente in gen-  
tem. Prov. 8. Dan. 2. Esa. 48. Sap. 6. Rom 13. l. 1. C. de vet. 3. enucl.  
Nov. 26. c. 4. in fin. vel *Minus Principalis*, ut Romani & post eos Ger-  
mani. Vid Linn. lib. 1. Cap. 4. & 5. 3. *Mate-*

*N. quatenus licet tanquam Romanæ non  
obliquat*

3. *Materia est Territorium Imperii s. orbis Romanus, Cujus*  
*Quantitas major est hodierno Imperio. Schütz, disp. 1. th. 16. & 17.*  
*Initio quid angustior fuit. Schütz. ibid. lit. d. Limn. lib. 1. Cap. 9. n. 6. 7.*  
*& seqq. Quomodo paulatim Imp. Rom. excreverit vid. Lampad. de Rep.*  
*Rom. Germ. part. 2. p. 45. & seqq.*

4. *Forma multoties pro diversitate temporum faciem muta-*  
*vit. Initio enim status ipsius Regius fuit, cum omnia 7. Regum ar-*  
*bitrio administrata sunt. l. 2. §. quod ad Magistratus 14. ff. d. orig. Jur.*  
*Flor. lib. 1. cap. 8. Carol. Sigon. de Antiquit. & Jur. Civ. Rom. c. 20. Ve-*  
*rum Regibus ob Lucretiae pudicitiam à Sexto Tarquinio violatam*  
*exactis, Vid. Tract. Posthum. Besold à Capit. 1. usque ad 5. substituta est*  
*Aristocratiæ, d. l. 2. Post in Oligarchiam degeneravit. Quam Despo-*  
*tiæ, cum Plebiscita vim legis obtinere inceperunt §. 4. Inst. de J. N.*  
*G. C. & Salust. in Conjurat. Catil. subsequuta est. Et hæc desit-*  
*it dum Jul. Cæsar sublato Pompejo perpetuam dictaturam & supre-*  
*nam sibi Monarchiam assumpsit, quamvis enim ipse 23. vulnerib. in-*  
*terfectus esset, in Octavii Augusti Persona Lata Regia rediit. Præ-*  
*sentem autem nostri Imperii statum quod concernit, illum mixtum*  
*esse arbitramur ex Monarchia nimir. & Aristocratiæ, ita tamen, ut Mo-*  
*narchiæ primæ debeantur.*

5. *Finis est gloria DEI & Imperii Salus atque Emolumentum,*  
*quod querere & tueri Cælarem oportet, l. 3. pr. ff. de offic. Præfect.*  
*vig. Utrumque ipse Imp. testatum in X. A. zu A. de Anno 1559.*  
*in fin. princ. Uns miß der Würde der Administration und Verwal-*  
*tung des Heil. Reichs auch anhangender Dignität im Nahmen des*  
*Allmächtigen beladen / &c. Ibi. Der wir solch Käyserlich Ambt und*  
*Regierung ihme zu Lobe und Ehre / auch gemeiner Christenheit /*  
*bevorab dem Heil. Reiche Teurscher Nation / dem gemeinen Vater-*  
*lande zu Auffnehmen / Nutz und Wohlfahrt tragen / führen / und ver-*  
*richten mögen.*

## CAP. II. DE MEMBRIS

1. *Dividitur totum hoc Corpus Imperii Christianum, uti tt. p. 296.*

A 3

appella-

UE

9

I

S.

appellatur in *N. A.* sive *Cōstit* de Anno 1512. in *Caput & Membra*.  
*Caput* est Imperator. *Membra* sunt status.

2. Ille desinente *Limnæo lib. 2. Cap. 2. n. 1.* Est persona  
habilis ad Capessenda Imperii Regimenta ex illustri Familia Germa-  
nica orta, ab Electorib. secundum LL. Imperii fundamentales electa,  
ut Reipub. Romano-Germanicæ tanquam *Caput & Administrator*  
legitimè præsit. Quæ tamen definitio non arridet *Schütz. disp. 2. tit.*  
*3. lit. b. verum desinente Ipso.* Imperator est supremus Princeps, qui  
secundum Carolinam Constitutionem legitimè electus Summæ Rei  
Romanæ præest. Aristoteli dicitur *βασιλεύς*, item, *ἀντι-  
βασιλεύς*, i. e. nullis Legum repagulis astrictus: *lib. 3. Polit. c. 14.*  
ubi Arist. 5. regni species enumerat, quas Ampliss. Dominus Præses  
in *famosâ de Potestate Regiâ Dissertatione contra Regicidas & Antartas*  
*1651. hic habitâd. 4.* explicavit 3. *Polit. c. 6.* absolute vocatur *βασιλεύς*.  
Adde *Cl. Salmas. in Def. Reg. Angl. à p. 294. usque 409.* Unde voca-  
tur *Das Oberhaupt / N. A. de Anno 1566. S. Vnd nachdem dann*  
*auch &c. circa fin.* Wie dann als Römischer Kaysers und Oberhaupt  
im Heil. Römisch Reich &c. *Vid. Limn. lib. 1. Cap. 7. n. 50. 51. 52. 53 &c.*  
Ubi elegans comparationis corporis hujus Mystici descriptio extat  
ex *Grevar horol. princ. libr. 1. c. 36. p. 134. & seqq.*

3. *Membra*, quæ non uno significatu enunciantur. Sumun-  
tur enim vel

4. *Materialiter*, & denotant Regna, Provincias, Electora-  
tus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Archiducatus, Comitatus,  
Baronatus &c. & Civitates Imperial. liberas, è quibus Imp. constat.  
& in quibus fundatur. vel

5. *Formaliter*, indeque insignantur nominib. Regis, Ele-  
ctoris, Archiepiscopi &c. Aut accipiuntur.

6. *Generaliter*, ac dividuntur Ratione Subjecti in Nobiliora  
vel Exemptiora, ut sunt Hispania, Gallia &c. *Vid. Limn. lib. 1. cap. 9.*  
vel Imp. recognoscencia aut reverenter, ut Helvetii, *Vid. Limn. l. c. n.*  
*35. Belgæ ap. eund. n. 17. usque n. 20. & Burgundi. N. A. de Anno 1548.*  
*S. Nachdem von unsrer &c.*

7. Aut *Specialiter*, atque Imperatorem agnoscunt planè &  
submissè. Hor. rursus Alia sunt *Immediata*, quæ immediatè Impe-  
ratori parent. Alia *Mediata*, quæ immediatis immediato subjecti-  
onis nexu devinciuntur, manente tamen in eos Imp. & Imperii tan-  
quam

quam superioris autoritate. Alia *Mixta*, quæ per se quid. & respectu Personæ status Imperii sunt, sed respectu Bonorū quorund. aliis superiorib. subfunt. *Limn. l. 1. c. 7. n. 64. Schutz volum. 2. Diss. 1. th. 3. Beck. Synops. J. P. lib. 3. cap. 1. Braudlach. l. 1. c. 3. n. 8.*

8. Aut *Specialissime*, & dicuntur status & Proceres Imperii, qui Imperatori tanquam membra pia suo Capiti uniuntur. *Eingeleibte Glieder Käyserlicher Majestät/ R. A. Anno 1641. item Glieder des Reichs. Anno 1530. Vid. Lampad. de Rep. Rom. Germ. part. 3. cap. 2. p. 70. Schutz. d. 2. th. 2. lit. d. &c. ac definiuntur, quod sint Cives imperii immediati Cæsaris ac Procerum Imperii consensu in Album s. Matriculam Imperii recepti, participes sunt Sessionis & suffragiorū in Comitibus Limn. lib. 1. c. 7. n. 65. qui Matriculæ solam inscriptionem ad essentialem status Imp. notam sufficere putat. Geil. lib. 1. observ. 21. n. 2. Paurmeist. lib. 1. c. 6. Reinking. lib. 1. cl. 4. c. 1. n. 2. Braudlach. l. 1. c. 3. n. 6. Becker. Synops. J. P. lib. 3. c. 2. p. m. 151. Germ. Die Stimmten und Stände in des Reichs Versammlungen haben.*

9. Hi dispescuntur vel in *Genere per tres Classes*, quarum una est Electorum, altera Principum Ecclesiasticorum & Secularium. Tertia Civitatum Liberarum Imperialium. *Paurmeist. lib. 2. de Jurisd. Imp. Rom. c. 6. n. 14. & 17. Schönb. l. 5. Pol. &c.*

10. Vel in *specie respectu Matriculæ* de Anno 1521. Wormat. elaborata. (de quâ & quamnam pro vera Sac. R. Imperii Matricula *Oder des Heil. Römischen Reichs Anschlag* putanda: *Vid. R. A. Aug. Vind. de Anno 1528. §. Wann auch 64.* ubi etiam allegatur Matricula de Anno 1567. quam Beckerus suæ Synopsi attexit. Et huc spectant, quæ leguntur in *R. A. de Anno 1654. §. weil aber 184. & §. damit aber 195.* ubi Moderatio Matriculæ ad præsentia Comiticia dilata est) 1. *Ratione Territorii* dividuntur in *Certos districtus & Circulos*, quorum primum Sex tantum Constituti fuere, *August. Vind. Anno 1500. deinde 10. Anno 1522. Noribergæ. Schönb. lib. 5. Pol. cap. 4.* Sunt autem 1. Francicus. 2. Bavaricus. 3. Austriacus. 4. Suevicus. 5. Superior Rhenanus. 6. Electorius Rhenanus. 7. Westphalicus. 8. Superior Saxonicus. 9. Saxonicus Interior. 10. Burgundicus. *Notand.* tamen, quod hi 10. Circuli in præsentatione Assessorū Cameralium sæpe ad 6. reducuntur. *Ord. Cam. part. 1. c. 2. §. Die 6. Kreise/ indeque pro diversitate negotiorum modo 6. modo*

modo 10. statuuntur, R. J. de Anno 1566. §. und sollen ansehe Vid.  
Schutz d. 11. th. 14. lit. B, Joach. Cluten. Syllog. Rer. quotid. th. 28.  
lit. b. c.

11. 2. *Spēctata dignitate distinguuntur secundum Certa  
Classes, In 1. Continentur Electores p. t. octo, Ecclesiastici tres &  
Seculares quinque In 2. ArchiEpiscopi iv. In 3. Episcopi, quorum  
nonnulli 27. numerant. In 4. Principes Seculares, quorum octodecim  
familias Illustres numerant. In 5. locantur Prælati & Abbates. In  
6. Comites & Barones. In 7. Civitates Imperiales, quæ distinguun-  
tur secundum Sessionem, quam habent in Comitibus, eamque vel in  
Suevico, vel in Rhenano latere. Schonb. lib. 5. pol. c. 4. Dan. Otto c. 18.  
p. m. 645. Vid. Limn. Tom. 5. Addit. lib. 1. cap. 7. n. 49.*

12. Est & alia præter istos Divisio in *Quaterniones*, quæ quidem  
nulla famigerabilior, nullâ tamen ead. incertior, *Limn. lib. 1. c. 7. n.  
35. & Tom. 2. Addit. ad n. 44. Cluten. Syll. Rer. Quot. th. 28. lit. a. infim.  
(Schutz. d. 8. th. 1. lit. b. Cui & vulgatam Eam Distributionem in  
Deputatos adjungit ibid. lit. c.) Quapropter lubentes Eam præter-  
vehimur, (Vid. tamen sis Goldast. Tom. unic. Constit. Imp. p. 4.) &  
quamvis multa de statu horum officio, dignitate, divisione itidem  
non minus intuitu Religionis in Catholicos s. Papistas & Protestantes  
(sub quibus & limitato respectu Calvinianos contentos velimus) s. Lu-  
theranos, *Limn. lib. 1. Cap. 7. n. 56. 57. seqq. Adde Instrum. Pac. Cesar.  
Suevic. Art. 7. §. 1. ubi Ead. Reformati ratione Religionis concessa, quæ  
Catholicis & A. C. additis, & sic limitatus respectus sublatus est; quam  
respectu Formæ vel Monarchicæ Principatuum cum Ecclesiastico-  
rum, tum Seculariû, vel Aristocraticæ, Democraticæ aut ex utraq; mixtæ  
in Civitatibus liberis, Provincialibus s. Hanseaticis & aliis in medi-  
um proferre possimus, Cum tamen iniquitate temporis excludamur  
ad alterum Dissertatiunculæ nostræ Membrum, quod Acquisitionis  
nomine supra nobis significatum fuit, gradum proferimus, summis,  
quod ajunt, labris delibaturi, quænam potissimum circa Eam, ipsamq;  
in sequentiâ perpendenda veniant.**

SECT.

SECT. II.

CAP. I.

D E

Imperii &c. Acquisitione

1. Intelligimus autem per Eand. præcipuos ad Imperium, Regna, Ducatus, Principatus &c. atque alia Territoria vacantia & nondum occupata perveniendi modos.

2. Quorum Alii *legitimi*, Alii *illegitimi* notantur.

3. *Legitimos* iterum distinguunt Doctores in *Ordinarios* & *Extraordinarios*.

4. Ad *Ordinarios* præcipuè referunt *Electionem* & *Succeſſionem*, quorum etiam mentionem facit Aristot. 3. Pol. 14.

5. *Electio in Genere* Considerata est solennis actus, s. modus, quo persona idonea pro Forma cujusque Reipub. ad summam dignitatem promovetur.

6. Ad *statum verò Imperii nostri accommodata* in triplici ponitur differentiâ; quippe dum est aut Ipsius Imperatoris & Regis Romanorum, aut Electorum Principum & Prælatorum Ecclesiasticorum, aut Consulium & Senatorum in Civitatibus tum Imperialibus, tum Municipalibus.

7. *Ipsius Imperatoris Electio* est Actus Legitimus, quò Personæ idoneæ summa Rei Romanæ juxta formam Aureæ B. per Electorale Collegium, vel ejus partem Majorem nomine totius Imperii sub certis conditionibus committitur, juramento ultrò citroque præstito. Schütz, *disp. 2. th. 5. Dan. Ott. cap. 10. p. m. 273. Vid. Linn. lib. 2. cap. 3.*

8. Hæc rursus est vel *Ordinaria*, vel *Extraordinaria*.

9. *Ordinaria* dicitur, quando Imperium vacat vel 1. per mortem c. 1. §. cum autem c. 4. §. Ceterum quoties A. B. vel 2. per Resignationem, eamque vel *voluntariam*, quæ est libera Cæsaris voluntate ritè facta Imperatoris potestatis abdicatio. Lampad. part. 3. de Repub. Rom. Germ. cap. 2. §. 10. Qualis facta in Carolo V. Imp. Gloriosissimo vel *necessariam*, ut *Depositionem*, quâ Imperiali Diademate

B

mate

UE

9

II

S.

mate Imperator privatur. *D. Ott. cap. 10. p. m. 300.* qui vacandi tamen modus in disquisitionis aleam vocatur ap. *Schütz. d. 3. th. 30.* Egregie in hanc sententiam differentem vid. *Arnif. in Tract. de Potest. Princip. semper inviolab. Quor. modis Imp. esse desinat vid. Limn. lib. 2. cap. 11. per tot.*

10. *Extraordinaria* vocitatur, quando non vacat, sed utilitatis publicæ causâ vitam & spiritum ducente Imperatore ab Electorib. Imperii Rex eligitur Romanorum, ut sit perpetuus Imperii vicarius, & absente Imperatore atque impedito Imperium regat ac moderetur, mortuoque eo ipso, vel alio vacantix casu sine ulteriore electione in nomen, dignitatem, autoritatem Imperatoris succedat. *Vid. Limn. lib. 2. cap. 15. n. 8. Schütz. Diss. 5. th. 2. Dan. Ott. Cap. 15. per tot. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Cl. 3 c. 14. n. 7. 8. Schönborn. lib. 5. Pol. cap. 19. De Loco & modo Electionis Cæsareæ Electorum; Juramento docet Aur. B. Tit. 2. Sleid. lib. 8. de Stat. Reliq. p. 131. f. b.*

11. Post Electionem itaque ritè factam *Capitulatio*, ut vocant, Cæsari proponitur, quam observare tenetur. *Schönb. lib. 5. Cap. 8. p. m. 373.* Estque illa *desinente Limn.* nihil aliud, quam Lex Germanorum Regia, aut Lex Imperii, quâ populi Germanici summum Imperium, s. quâ Regimenta populi *Arcad. JEq. Lun. in pr. f. d. Off. Præs. Præc.* in Imperatorem designatum certis transferuntur conditionibus. *Vid. Schütz. d. 4. th. 1. & seqq.* Has omnes Capitulationes ad præsentem & Augustissimum Imp. Leopoldum (cui perpetuo felicitia, contra infensissimum Christiani orbis hostem Turcam arma precamur) in ult. parte J. P. recenset & enumerat *Limn.*

12. Hinc Quæstio verè Sabbathina inter Doctores plausibilis ab utroque latere rationibus controversi assolet: *An videlicet Eadem Majestati Imperatoris quicquam deroget?* Nosmet Exercitii gratiâ videbimus, quid pro Negativa in conflictu in medium proferre valituri simus.

13. Hanc legitime expeditam sequitur *Coronatio*, vulgo *Die Krönung*, ac describitur Congeries Actuum solennium, ut Autoritas Electo cumuletur & persona ejus omnib. nota & sacra fiat. *Schütz. d. 2. th. 19. lit. A. Dan. Ott. c. 10. p. m. 277.*

24. Absolvitur vero potissimum I. *Unctione. Limn. lib. 2. c. 4. n. 22.* II. *Insignium traditione*, quorum quinque recensentur, I. *Corona*

rona Clausa, quæ vocatur Imperialis. 2. Gladius. 3. Sceptrum.  
4. Pomum Aureum, cui Crux superimposita. 5. Amictus, qui No-  
riberg. sanctissime servatur. III. Juramenti præstatione duplici  
ante & post Coronationem. Vid. *Limn. d. l. n. 33. & 34.*

15. Hic juxta brevibus attingamus oportet, quomodo tem-  
pore Interregni capite orbatum Imperium, quousque in locum Cæ-  
saris mortui vel depositi alius eligatur, administretur.

15. Illud autem Vicariu Imperii, utpote Provisorib. *Berwesern und  
Berpflegern des Reichs/ & ap. Goldast. Tom. 1 Fürmünder/* competere  
statuimus, qui vacans imperiū Imperatoris vicē sustinentes univertali-  
ter pro divisō administrent. *Dan. Ott. c. 16 per tot. Schütz. disp. 5 th. 8.*

16. Ubi notanda Divisio Vicariorum, quod Alii sint *perpe-  
tui*, ut Rex Romanorum, si quis existat; Alii *Temporales*, quales  
sunt duo Palatini nempe Rhenensis & Saxonicus, quibus hoc jus  
competit Jure Veteris Palatii. *Besold. Thef. Pract. voc. Vicarius.* To-  
tumque Imperium Teut. sub Vicariatu Sereniss. Saxonis ac Palatini  
consistit *Buxtorff. Concl. 58.* Palatinus, ubi jus Franconicum vel ali-  
quando viguit vel adhuc viget. Sereniss. verò Saxo in iis locis, ubi  
Jus Saxonicum vel olim viguit, vel adhuc viget. *Vid. Limn. lib. 3. c. 12.  
Freher. ad Petr. de Andlo. lib. 2. c. 10.*

18. Altera Electionis species s. Eligendorum Principum Ecclesiasticorū,  
ut *ArchiEpiscoporum, Episcoporum &c.* Est Communi Capitularium om-  
nium s. plurium suffragio vacante Ecclesiā Cathedrali vel Colle-  
giatā, aut cum Electorali dignitate conjungendā certo ritu & modo  
idoneæ personæ cooptatio. *Lampad. de R. R. G. p. m. 138. tt. 6. Ex-  
tra de Elect. & in sexto Lancell. 1. Inst. t. 7. & 9. Joachim Steph. 3. Jur.  
Can. d. t. Matth. Steph. 3. de Jurid. p. 1. c. 9.*

19. Quo pertinet etiam *Postulatio*, quæ definitur, quod sit e-  
jus qui eligi non potuit aq. Superiorem Concors Capitulī peti-  
tio. *Lampad. d. l. ex prædictis Autorib. p. 193. Adde tt. Extra de Postulat.  
Prelator. Extrav. un. de postul. prelat. ubi postulandus in Episcopum 27.  
annos complevisse vel ingressus esse debet. c. 4. de Elect. in sext. vid. Disp.  
Nobiliss. Præs. in Disp. de Etate Canon. q. 18. Titul. Episcoporum vide c. 1.  
de penis in Clementin. & Lancell. lib. 1. 3. t. 8.*

20. Tertia Electionis species est *Magistratus in Civitatibus*, qui  
secundum *Arist. 4. Pol. 15.* est Præfectus Societatis Civilis, cui data  
est de quibusd. deliberandi, judicandi & maxime imperandi potestas,

ἡ δὲ χὴ Ἰππεύσεως τὴ πολιτικῆς κεινω νίας, ὡς ἀποδέδοται βαλεῖται  
ἐπὶ τε πρὸς πινῶν καὶ κείνας Ἰππεύσεως καὶ μάλισται Ἰστο.

21. Horum Magistratuum cum sint varii pro Cujusque Civitatis Conditione & statu, ac pro forma Civitatis & cujusque loci observantia & consuetudine eligantur, non est, quod multis prolixæ Ejusd. Explicationi immoremur, verum absque ulteriori ambage ad alterum Legitimum Acquirendi Modum *Succeffionem* videl. properamus.

## CAP. II.

### DE SUCCESSIONE.

1. Successio equidem non tam modus est Acquirendi Principatum, quam transferendi.

2. Ejusq; Modi iterum vel *Ordinarii* sunt, vel *Extraordinarii*.

3. *Ordinarius Modus succeditur* vel ab *Intestato*, vel ex *Testamento*, *Imp. Just. in §. fin. Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 120. de V. S. l. 13. de Hered. petit.* Aut pacto, quod dicitur *Confraternitas Et brüderung.* *Vid Schönb. lib. 5. c. 13.*

4. *Testamentaria successio* in Principatibus tum demum locum habet, cū nullæ sunt leges, quæ hoc ipsum fieri prohibent. *Dan. Ott. cap. 17 p. m. 572.*

5. *Successio ab intestato* est Imperii veteris Continuatio, quo sc. Jure sanguinis honor Imperii defertur. *Qui modus in præsentibus obtinet in Regno Daniæ, quod ex Electio factum est hereditarium, & sic perpetuo ex Regia stirpe propagandum.*

6. Hujus autem ratio ad Successionem vocat *primū Liberos.* *arg. l. 12. de suis & legir. l. 7. §. fin. si Tab. test. null. extab. l. nam & si in pr. ff. de inoff. test. Dan. Ott. cap. 17. p. m. 575.*

7. Præ quibus tamen omnibus ob rationabilem *Causam Fratrum natu maximo* clavum extradere videtur, (nisi manifestum impedimentum, quale v. gr. est tenuis rationis usus interveniat, *vid. Limn. lib. 3. cap. 7. n. 32.* aut aliud contrariâ consuetudine & Observantiâ introductum fiet, quemadmodum ex universali ferè Germaniæ Consuetudine liquet *Vid, Reinking. lib. 1. Cl. 4. c. 8. n. 85*) adeo, ut Filius

ut Filius quoque ipsius Demortui Superstiti Patruo præferatur. *Ott. cap. 17. p. m. 582. Vid. Lampad. Part. 2. Cap. 4. p. m. 113. & seqq.* De quo etiam in Electorali successione expressè cavet Imperialis Auctoritas in tit. 7. A. B. ut Electoratus post mortem Electoris, cum omnibus Septemviralibus Jurib. *Jure Primogenituræ ad Primogenitum ejus filium liberè devolvatur. Schüz. d. 7. th. 10. Reink. lib. 1. Cl. 4. Cap. 17.*

8. Deficientib. Liberis *Agnati* demum proximi secundum gradus prærogativam succedere solent. *Schönb. l. 2. c. 13. Ott. d. l. p. m. 585. Cellar. Pol. Succinct. lib. 2. cap. 3. S. 9.*

9. Quantum autem ad Successionem ordinariam Electoralem, tria vocationum genera distinguit *Schüz. diss. 7. th. 10. 1. Descendentium liberorum, Der wesentlich. Churfürsten Söhne. 2. Fratrum Der wesentl. Churfürst. Brüder. 3. Agnatorum, de rer von Churfürstl. Stamm und ersten Acquirenten herrührenden Verwandten und Agnaten. Vid. cit. Auct. d. l.*

10. *Succesio ex pacto s. conventionalis* est nihil aliud, quam patio illultrium personarum & Principum, quã mortali Familiarum conditioni validè prudenterque prospicientes adhibita Imperial. Constitut. solenniter paciscuntur, ut alterius stirpe extinctã ad alterum Patrimonium eorum & Principatus certã successione lege perveniant. *Barth. Muscul. Diss. de Confratern. seu Pact. Illustr. Pers. th. 2. & seqq. per tot. Dan. Ott. Cap. 11. p. m. 411. Schüz. d. 6. th. 29. Schönb. lib. 2. Pol. cap. 3. Reink. l. 1. cl. 4. c. 18.*

11. *Extraordinarii successione modi* fiunt 1. *Jure Belli. vid. Schönb. lib. 2. Cap. 15.* 2. *Ex Jure Connubiorum.* 3. *Titulo donationis, Emptione, Venditione, Oppignoratione, suis locis & sedibus ex Jure Privato hauriendi.*

12. *Modi Imperium, Regnum &c. acquirendi illegitimi* ut plurimum *per violentiam, fraudem & largitiones* admitti consueverunt. *Vid. Schönb. lib. 2. Pol. c. 19. Sequitur.*

### CAP. III.

## DE MODOS ACQUIRENDI INSEQUENTIBUS.

1. Recensitis sic utcunque acquirendi modis, haut incongruè,

B 3

arbi.

arbitror, Tertium nobis in hac Sectione Caput constituent *Eosa. Insequenzia*.

2. Quorum Alia ad Imperantes, Alia ad Parentes pertinent.

3. Illa, quæ Imperantes spectant, vel ipsos respiciunt, vel Parentium gratiâ fiunt.

4. Inter ipsos respicientia Principes s. Imperantes præceteris notabilis cluit *Investitura renovatio*, quæ nihil aliud est, quam Confirmatio & quasi Redintegratio Investituræ primitus factæ. *Vid. Schütz. d. 6. th. 2 6. lit. k.* Eamque Vasallus mutatio aut Dominò aut Vasallò intra præscriptum certi temporis, *Anni videl. & diei* spatium petere debet. Alioquin eò elapso & investituræ renovatione non petita amittitur feudum, quod tamen aliquando, exceptis sc. quibusd. feudis, limitari solet. Sic quoque Dominus renovare tenetur, & contra ipsum Cessantem Experiri potest Vasallus Actione ex Feudo s. Contractu Feudali. *Nobiliss. Dn. Struv. Disputat. 10. Syntagm. Jur. Feud. per tot.*

5. Quemadmodum & Ipse Imperator vigore Juramenti, quod in Capitulatione præstat, obligatur promittere, quod legitimis successoribus justo ac legitimo modo feuda Imperii iterum concedere velit. *Capit. Ferdinand. II. Art. 21. & Matthiæ Cap. art. 30.* Similiter etiam Statibus Imperii Renovationem Feudi decenter petere, & ad exhibitionem debitæ observantiæ sese offerre incumbit. *Vid. R. J. Anno 1527. Rubric. Das Römische Kaysrl. Majestätische Regiment betreffend / s. und behalten &c. Vid. Linn. lib. 4. c. 7. per tot. Addit. Tom. 4. & 5.*

6. Parentum s. Subditorum gratia quæ celebrantur, existunt **I. Solennis introductio s. Introitus die Einfuhr.** *Vid. Besold, Thes. pract. verb. Eintritt.*

7. Quam ut plurimum comitari consuevit *Jurisjurandi*, quò se Princeps suis conceptâ juramenti formulâ obligat & obstringit *Schönb. lib 2. Pol. c. 21. præstatio*, & post eam quandoque veterum privilegiorum à Prædecessorib. suis subditis concessorum *Confirmatio &c.* Quibus nonnulli subjungere amant Irrationabilem illam, nec divinæ nec humanæ rationi consentaneam Consuetudinem, quâ introductum est, ut sceleratissimi homines, propter perpetrata maleficia in exilium s. fugam acti, tangendo rotam currus, quo Prin-

Princeps invehitur, patriæ & civitati restituantur, contra Nov. 27.  
c. 15. N. 37. N. 17. c. 7. ubi Alysia non injuriam facientibus, sed passis sunt  
constituta. Adde Exod. 21. v. 14.

8. Ad Subditos quæ spectant, Homagii potissimum & Vasalla-  
gii præstatione absolventur.

9. Homagium quippe est promissum, ut plurimum Juramen-  
to confirmatum, quod subditi præstant Imperantibus, sub quorum  
Imperio habitant, in Obedientiæ, Fidelitatis & Observantiæ certi-  
tudinem. Cellar. lib. 2. Pol. c. 19. p. m. 308. Differunt proinde Ho-  
magium s. Juramentum subjectionis & Vasallagium, s. Juramentum  
fidelitatis, quod Vasallus beneficii sui ratione Domino directo præ-  
stat, getrew / gewertig und hold zu seyn / ubi verbum subjectionis,  
gehorsam und getrew / wie einem auffrichtigen Unterthanen gebüh-  
ret / &c. omittitur. Schütz, Vol. 2. disp. 1. th. 3. lit. c. Liebentz, Colleg.  
Pol. Exerc. 15. th. 1.

## C A P. I V.

### DE EFFECTIBUS ACQUISITIONIS &c

1. Hujuscemodi Acquirendi Modis atque Eisdem Insequen-  
tibus merito succedunt Effectus & q. Fructus Acquirentib. Imp: Re-  
gib. &c. exinde redundantes.

2. Eos utique duplices; Alterum in Potestate; Alterum in Di-  
gnitate, s. ut vocant Reputatione consistere statuunt. Braudl. lib.  
3. c. 1.

3. Potestas autem vel est Summa, quæ præter DE I immor-  
talis potestatem inter homines non agnoscit superiorem. Cellar.  
lib. 2. Pol. c. 7. p. m. 157. Et Huc referenda quoque Majestas; quæ se-  
cundum Philosoph. 13. Pol. c. 6. est τὸ πᾶσι πᾶσι καὶ παντα-  
χῆ κύριον, i. e. Majestas est in Civitate ubique summa potestas. Ad  
Externum splendorem si referatur definiente Rennemann, 1. R. G. disp.  
11. th. 7. Est summa absoluta potestatis dignitas & autoritas sacrosancto  
Reverentiæ & Obedientiæ cultu à subditis æstimanda.

4. Nec adeo absurdè statuere Cellarium lib. 2. cap. 7. §. 26.  
arbitror, quando Majestatem totum potestativum, i. e. ex variis po-  
testatibus

restatibus aggregatum esse asserit, partesque illius dicit variis in rebus potestates summas, quæ alias Regalia vel Jura potius Majestatis vocantur. Sunt etenim Regalia Jura, quæ ad tuendam Majestatem Ei qui Reip. præest competunt vel Jure proprio vel Jure concessio. Regalia namq; ipsi Majestati inseparabiliter coherent, Indeque ii, qui Regalia ex Concessione superioris habent, *Exercitium potius quam ipsum Jus possident*, quippe cum nec omnia salvo Majestatis Jure concedi possunt. Hinc distinctio illa inter Regalia Reservata & Communicata. R. A. de Anno 1567. dadurch dann / ibi zu unser Kayserslichen hoheit und Reservaten. Vid. Dan. Ott. cap. 11. Sed redimus ad distinctionem nostram, quæ dicta nobis fuit Potestas, vel Summa, de qua haec tenus vel

5. Inferior, quæ à superiore dependet atque Est vel  
 6. Universalis, ut superioritas territorialis, Jus ac potestas summi post Imperatorem Imperii competens, quæ per univ. sum se diffundit territorium, & fundatam habet intentionem ratione omnium actuum Juris Territorialis. Schutz. d. 6. th. 5. Vid. Reinking. d. R. S. E. lib. 1. Cl. 5. Cap. 3. n. 3. vel

7. Specialis s. Particularis, aut Jurisdiction, quæ inter certas tantum partes territorii & intra certa quædam Jura territorialia, non penes unum consistentia, constringitur & concluditur. Schutz l. c. th. 6. Ita alius potest habere. Das Landgericht / Alius das Erbgericht Alius das Forstrecht Jurisdictionem Forestalem, ad quam pertinet Bannus ferinus, die Wildbahn / Schönb. lib. 5. Pol. c. 19. & c.

*Obj. h. q. definitio summam Juris, non exprimit, non est toleranda assens. hoc fact. l. n. toleranda.*

*in materia or. quia forma Jurisdictionis consistit in ratione di. Juris. hic modo dicitur a Weselatio descripta tunc temporis n. s. s. respectu ad temp. rana / modo reddendi ut non consistat ex debeat ad causas aler.*

Jurisdiction aliàs strictè sic dicta est Juris reddendi potestas, vel secundum Wesenb. π. ff. ad h. t. n. 3. lit. c. est publica cognoscendi de Causis potestas, s. notio & definitio Causarum, quam Magistratus ex ordinario officii sui Jure atque munere habet, exercet & mandat.

alterum Effectum qui acquiritur Regna & c. subsequitur dixerimus consistere in Dignitate s. Reputatione. Cujus utriusque Cuiuslibet Principi summa habenda venit ratio. Autoritate quippe & Existimatione firma subsistunt & conservantur Imperia. Mox ubi eam perdere coeperunt, ipsa labi incipiunt, nec ulla tanta est potentia, quæ ea firmet ac sustentet, haud aliter ac coronata Ea Columna Sævedriana Existimatione nixa, quæ seipsam quid, sustentat suò Librata pondere, si in alterutram vero inclinet partem, mox corrui-

*ut dictio ex l. l. non dicitur ex l. a. de Offic. eij cui mandata est Jurisdiction, notat potestatem cognoscendi de causis / Curibus et opponitur potestati iudicandi Crimina. s. n. s.*

*verba h. titi non habet in hac descriptioque Wesel. nec in vixere que s. n. s. quidem nostro rebus presentibus, in tunc, quam constantia Juris et h. i. tituli quædam videntur ac commutate*

idque tanto celerius, quò graviore fuerit pondere. *Saavedr. Symb. Pol. 31. p. m. 238. & seqq.* Nihil enim magis infestum est Principi, quam contemptus, unde Proverb. *Herren können wol Schaden/aber keinen Schimpff leiden.* Hanc Reputationem probè observârunt Germaniæ Legati, cum in Pompeji Theatrò inter Senatores assidere cernerent Legatos Nationum, quæ fortitudine animi & constanti cum Romanis amicitia alias antecellerent dixerunt *nullos mortali-um armis aut fide ante Germanos esse*, & inter eos Senatores sessum acceperunt. Quod comiter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui & bona æmulatione. *Tac. l. 13. Annal. Saavedr. S. P. 33. p. m. 266.*

10. Præminentiam quidem, præcedentiam & primas Imperatori nostro Principes omnes universi orbis Christiani omni jure cedere debent, *Arnif. de Jur. Majest. lib. 1. c. 4. n. 1. Liebenth. Col-leg. Pol. Exerc. 7. th. 21.* De præcedentiâ verò & Prærogativâ Sessionis inter Principes & Status nostri Imperii observandâ multa hinc inde passim ap. Autores reperire est, mihi arridet, quod *Hieronym. Avenin. ad Ord. Com. Ratib. Anno 1595. scripsit.*

O Proceres, Proceres, dum quâ quis sede sedere

Debeat, inter vos rixæ miscetur & iræ.

Ne vestras sedes, & ne charissima quæque

Eripiat vobis, crudelis Turca, cavete &c. *Vid Schütz. d. 10.*

*th. 14. lit. c. Limn. lib. 4. c. 9. n. 54. & per tot. Tom. 4. & 5. Addit. ad h. l.*

11. Hactenus Originem & Constitutionem S. S. Imperii nostri Romano-Germanici, ut & Modos Acquirendi, Eosque insequentia unâ cum Effectibus pro virili parte pertractavimus, nunc & Ratio Temporis, & Series Instituti postulare videretur, uti ad Tertiam Ideæ nostræ Sectionem, sc. Administrationem pertexendam progrediamur.

### SECT, III.

#### CAP. I.

#### De Rom. Imperii &c. Administratione.

1. Quod si prudentissimam & coram omni Antiquitate test.

C

Thuan.

*Thuan. l. 2. Hist. in Descript Germ.* incomparabilem Imperii nostri Romano-Germanici Administrationem penitus inspiciam, temperare mihi non possum, quominus subinde Ipsius, quam supra attigimus, cum Corpore humano recurat Comparatio. Est etenim Imperator, Sunt Principes, Existunt Magistratus in Imperio nostro Romano-Germanico. Adjuvant Consiliiarii & Equetris ordinis Viri. Fulciunt & operas præbent Mercatores, Agricola & Opifices. Caput est Imperator, & post eum certò respectu Principes & Magistratus. Oculi quibus *Prævident & Provident. Saavedr. S. P. 55.* sunt Consiliiarii, quos Regum Persæ oculos & aures vocitat *Xenophon l. Cyr. Pæd.* Pectus ac Robur in ordine Nobilium & Militum consistunt, manus ac pedes Mercatores, Agricola & Opifices representant. Quid quæso hæc dispositione potest esse concinnius, quid ad veterem propriamque Germanorum virtutem accommodatius? *Vid. etiam Germ. Tract. Werneri de Politicâ comparatâ cum Corpore humano.* Verum enim vero, ut ne mysticâ Ejus dulcedine ab Instituto meo æquo longius abripi me patiar, missâ eâ, ob meliorem tam Ipsius cognitionem ad *Ipsam Administrationem* exponendam priusquam penetrem, pauca de *Subiecto & Adjunctis* Ejusd. prælibaturus sum.

2. *Subiectum* autem Illius Constituo *Imperantes* de quib. superius nobis vitum est; *Adjuncta* vero Consideramus 1. vel ut *Personas Administrationem Coadjuvantes*, easque vel *Principales* & vel *Ordinarie*, quemadmodum apud Imperatorem Electores in Causis gravissimis, vel *Extraordinarie*, ubi Imperatori adjungi solet *Rex Romanorum*, de quo supra, Episcopo vivo *Coadjutor. c. grand. 2. de suppl. negl. prælat. in 6. ut Eid. cooperetur* in omnibus quæ ad salutem pertinent animarum *c. inter cetera 15. x. de off. jud. ordin. Schütz. disp. 7. th. 2.* Electori Tutor *Administrator*, Proximus Agnatus, qui, si Princeps Elector octodecim statutos annos nondum expleverit, tutelam & Electuræ administrationem subit. *pertext. in c. 7. A. B. dasß alsdann der eliste dessen Vormund und Administrator sein sol.* Modo ne iple Minorennis sit *l. fi. C. de legit. tut. Vid. Schütz. l. c. Buxtorff Dis. ad A. B. d. c. th. 86.* vel *Minus Principales* Juvantes Consilio, Legationibus, Obsequio, quales sunt *Consiliiarii*, qui definiuntur mihi *Personæ Publicæ* habentes facultatem deliberandi de iis, quæ publicam  
attinent

attinent salutem. Horum virtutes Arist. ut Alex. M. exprimeret cum oculis eos comparabat. Vid. Saavedr. S. P. 55. p. m. 419 & seqq. Aut Legati, quos definitio Personas Publicas cum Sacratione privilegio missas ab eò, qui legandi potestatem habet ad Remp. exteram pro expediendis utilitatib. publicis. vel Legatus commodè sic definiti potest: quod sit Administer publicæ rei conficiendæ ab eò qui potestatem legandi habet, ad sui similem sine Imperio solenniter missus salutis gratiâ. Vid. Diss. Nobilit. Dn. Præs. De Legato 1664. Lips. hab. 0. 3. Legati Electorum quò sedeant loco in Comitiiis Vid. Limn. lib. 9. c. 1. n. 435. lib. 4. c. 9. n. 55. seqq. Sive Officiales vel Ministri Aulicæ, quorum operâ Princeps pro diversis Aulæ negotiis expediendis in certâ quâdam functione utitur, hique utinam statuarum Saavedr. S. P. 53. p. m. 435. absque manibus ad capita viarum in horto dispositarum, Que custodiunt, non carpunt, consimiles essent; tunc sanè magis secura forent æraria publica, meliorque passim esset gubernandi ratio.

3. Vel II. Ut Parentes, sub quorum nomine veniunt omnes, qui in Repub. sub alicujus Imperio vivunt, uti sunt Peregrini, Incolæ, (quò referuntur etiam Judæi & Tributarii) & Subditi strictè ita dicti. sub quorum numero iterum

4. Alii sunt Ecclesiastici, qui licet ratione doctrinæ, quam tradunt, Soli D E O obedire teneantur; personæ tamen ratione Seculari potestati sunt obstricti, Cæsar. lib. 2. Pol. c. 19. §. 22.

2. Alii Seculares, qui rursus sunt vel Nobiles s. Eminentioris Conditionis, vel Minus Nobiles s. Inferioris Conditionis.

6. Nobilitium tres gradus constituit Schönb. lib. 3. Pol. c. 39. In primò collocat eos, qui & suâ & Majorum virtute nobiles sunt, armis vel literis Claritatem adepti. In secundò gradu qui tantum suâ virtute sunt Nobiles, accedente beneficiò Principis, Nobilitatis Jura concedentis. Tertio loco ponit, qui tantum Majorum crepant imagines, & Alienis Spoliis seu Truncus ille Saavedr. S. P. 17. p. 126. Trophæis onustus, superbiunt propriæ virtutis egentes. Vid. Tract. Aur. Petr. Calefati de Equestri Dignitate, Petr. Frid. Conclus. de Nobilitate Civili. De Nobilitate Civili s. Politicâ, Equitib. Torneamentis & Insignibus. penitiss. tractantem vid. Limn. lib. 6. per tot. & Addit. Tom. 4. & 5.

7. Ad hos porro referuntur *Literati*, qui rursus in suos distinctos gradus secundum prærogativam facultatum distribuuntur. Primum locum occupant *Theologiæ Doctores*, secundum *Juri*, s. legum humanarum Antifites, Sacerdotes & Antecessores. Tertium *Medici*. Quartum *Philosophi*. *Liebenh. Colleg. Pol. Exerc. 15. th 7.*

8. His succedunt *Milites*, qui victum suum ex Ministeriis bellicis quærant.

9. *Minus Nobilium* s. *Inferioris Conditionis* Subditorum, rursus Alii sunt *Superiores*, ut Typographi, Pharmacopæi, Mercatores præstantiores &c. *Minus Inferiores*, veluti Pistores, Sartores, Sutores, Agricolæ &c. *Vid. Liebenh. l. c. & Schönb. l. 3. à Cap. 39. usq; ad Calcem.*

10. Dispersi etiam solent Subditi in *Collegia, Corpora & Universitates*. *Arnif. Doctr. Pol. cap. 10. p. m. 363. Liebenh. c. l. th. 17. Schönb. l. 1. c. 11. Collegium* est legitima trium ad minimum pluriumve personarum Eiusd. conditionis & potestatis Consociatio. *l. 137. ff. d. V. S. & L. Neratius 85. d. t. Schönb. l. c.* Inconsulto verò Magistratu habere non licet. *Vid. Schütz. d. 6. th. 21. lit. e.* *Corpus* verò plurium Collegiorum conjunctio est. Dicitur & *Cætus, Conventus, Sodalitas, Tribus*. *Schönb. ibid. De variis universitatum Speciebus vid. Henric. Bruning.*

11. Non cuivis Magistratui Judæos recipere permissum est, sed Jure Regalium ad Principes & Status aliosve translatum, vel quibus specialiter id indultum. Si verò ab aliis recipiantur, qui hæc Jura non possident, Securitate publicâ nõ gaudent. *Policey Ordnung zu Franckfurt de Ao. 1577. sub tit von Jüden und ihren Wucher. ibi da aber jemand &c. Reinking. lib. 2. Cl. 3. n. 15. & 16.*

## C A P. I I.

### DE ADMINISTRATIONE & IN SPECIE DE RELIGIOSA.

I. Posteaquam *Bonæ Administrationis Adjuncta*, quæ sunt & in Personis vel Consilio, vel Legationibus, vel Obsequio Remp. juvantur.

vantibus, & Parentibus s. Subditis consideravimus, Ipsa nunc Administratio perpendenda succedit.

2. Quæ in duplici præcipue differentia ponitur. Est enim vel Religiosa, vel Politica.

3. Religiosa constituitur vel Instituentis sacris, vel Conservandis.

4. In Instituentis sacris spectantur vel Ipse Cultus, vel Personæ Cultui deservientes.

5. Institutio Cultus deserviente Lampad. d. R. R. G. part. 3. Cap. 11. p. m. 160. est veneratio divini Numinis certis legibus ceremoniisque facta ordinatio, ac usu eum legitimo & puro ministerio verbi & administratione Sacramentorum concurrat. Aliam Definitionem vid. ap. Schütz. Vol. 2. Disp. 14. th. 4. lit. B.

6. Cujus Curam & Potestatem non antiquis solum Imperatoribus comperiisse, verum etiam Principes omnes Christianos, antequam Imperium invasisset Papismus, Pontifices fuisse maximos, & Pontificialem vestem à Pontifice accepisse Collegio constat. Hippol. à Lapid. De Rat. Status Part. 1. Cap. 8. Vid. quoque Goldast. in De-  
*g. Jur. Circa Sacra Ju-  
divino cui est concessa  
id per pacem p[er]cipi  
et pacificationem non  
atque principibus  
na confessione  
Juris concessum  
non solum solum att*

7. Hodie vero post Pacem Passaviensem & Pacificationem Religionis, postquam Pontificatus hic, & Romano Præsuli & Imperatori planè abrogatus & præcisus est, Ecclesiastica Jura post liminios ad Principes & Status Augustanæ Confess. addictos Jure territoriaræ redierunt. Arnold. Engelbrecht de Jurisd. Imp. th. 130. Hippolitus à La-  
*Major. Quia Synagoga  
Vetus testamenti typus  
figura fuit Ecclesie  
nova testamenti a Cr.  
instituta et illa una  
habuit ampt. summum  
scilicet Pontificem, sequitur  
extra Ecclesiam Christi  
nam unig. Regimini  
debere.*

8. Institutionem ordinandi sequitur Constitutio Personarum Cultui inservientium, quæ quidem nihil sunt aliud, quam Legitimi Ecclesiæ Ministri, s. Legati DEI & dispensatores Mysteriorum ejus

1. Cor. 4. v. 1.  
9. Constituuntur autem vel Mediatè, vel Immediatè. Hos Theologi Θεοκράτες appellitant, nec à nobis hodie expectandi videntur. Tandem Pontificij ita Concludunt. C. Romano Episcopo conveniunt, ac præeminentiam suam reliquis omnibus lotij terrarum Orbis Imperatoribus ut Regibus ac Monarchis summy Ecclesiæ militanti dicatur et quidem idem maxime quia Petrus Apostolorum Principi ac Monarcha succedat. Cui Christy de-  
*ut: tu es Petrus et pasce oves tuas*

niunt, postquam Cause cessant Impulsivæ, formaque alia ab Apostolis in Novo Fœdere indicta est. *Ad Tim. 3. v. 2 ad Tit. 1. v. 6. Vid. Hieron. Weller. ad d. c. 1. Timoth. 3. & fuscè Gratianum in decreto à D. 23. usque 50. Illi vero sunt, qui per ordinaria media à DEO constituta ad ministerium convocantur. Vid. Schütz. vol. 2. Disp. 14. lit. b.*

10. Quod quinque potissimum modis *Nominatione, Præsentatione, Electione, Confirmatione & Ordinatione* expediri solet. *Vid. Lampad. l. c. Cap. 11. n. 31. & seqq. Laurent. Ohm. Tract. de Jure Episcopali. th. 16. lit. e. & f.*

11. Huc referre possumus *Jus Patronatus*, quod est definire *Lancell. in Inst. h. 1. Potestas præsentandi ad beneficium vacans, Et esse potest vel penes unum vel plures, dummodo hi in præsentando omnes, vel major pars conveniunt. c. 3. x. h. 1. t. tamen si Patroni inter se pacisci queant, ut alternis vicibus singuli præsentent. Clement. 2. de Jure patron. Joh. Hensler. Disp. de Cura Magistratus th. 31.*

12. Sciendum autem Separatum *Jus* continere à *Jure Patronatus Advocatiam Ecclesiasticam*, quæ nihil aliud est, quam *Jus defensionis & protectionis Ecclesiarum cum aliquâ Jurisdictione conjunctum, & inspectione administrationis Oeconomicae. Reinking. lib. 3. Cl. 1. c. 9., n. 75.*

13. Proinde cum Scriptum fiet de Ecclesiâ: *Suges lac gentium & de mamilla Regum lactaberis. Esa. cap. 60. v. 16. Ecclesiast. c. 7. v. 33. & 34. Dignus siquidem est operarius mercede suâ, 1. ad Timoth. c. 5. v. 18. & qui Altari servit, sustentari debet ab eo, inquit Apostolus, factum est, ut Pii Ecclesiam Bonis quibusd. liberali manu adauxerint, unde alimenta Ministris suppeditarent.*

14. Bona autem illa, sive sint *merè Ecclesiastica* Divino cultui destinata, sive *Profana ab Ecclesiâ possessa*, speciali provisione ab Exactionibus & Tributis defenduntur, *l. 22. Cod. de S S. Ecclesiis cum similib.* Item usu & promiscuo hominum commercio exempta sunt, ac alienari prohibentur, *l. jubemus 14. cum auth. seq. Cod. de S S. Eccles. Joh. Brunnemann. Commentar. ad h. l. nisi certis quibusdam casibus & causis. Vid. Reinking. lib. 3, Cl. 3. cap. 2. n. 2. & seqq. Schonb. lib. 4. c. 2. Laurent. Ohm. d. l. th. 7. lit. e. & f. Henric. Bruning. de var. univers. Speciebus th. 83. Schütz. Volum. 2. disp. ult. th. ult.*

15. *Finitimæ hujusm. Bonis Præbendæ, quæ sunt Jus quoddam*

dam percipiendi proventus Ecclesiasticos, percipienti tanquam uni ex collegio competens. *Theobald. Hening. in Centur. Canon. De Dignitatibus Variisque Tit. Ecclesiast. Conclus. 1. Th. 2.*

16. A quâ Jus quoddam diversum ac distinctum est *Canoniam*, originem habens ex Electione alicujus in Canonicum & Fratrem, vel etiam collatione, Pontificis provisione, aliisque Juris titulis honestis & licitis. Tribuens eò modo receptis proprium locum standi (ceu ut loquimur stallum) in chorò, vocem in Capitulo, aliaque Collegii commoda, & rerum potestatem plenariam, quarum usus Canonicis est communis. *Hening. c. 1. th. 5. & 6.* Præbenda est jus jam existens percipiendorum fructuum: Canonicatus verò seu Canoniam est tantum Jus potentiale, unde Canoniam sine Præbendâ potest: Præbenda sine Canoniam consistere non potest: *interpp. in c. dilectus 19. Extra de præbend. Lampad. Part. 3. cap. 11. n. 45.*

17. Hic notandum, quod *Ecclesia Cathedralis* dicatur, in quâ Episcopus ipse cum Collegio s. Capitulo residet, vulgò *Domstift* / *Domturch* / *Hohe Stiff* ad differentiam *Ecclesie Collegiate* Collegiat *Kirch* oder *Stiff* / & *Parochialis Pfarrturch*. *Laur. Ohm. Tract. de Jur. Episc. th. 17. lit. r.*

18. Post instituta igitur Sacra, quid aliud Magistratui incumbit, quam legitima Doctrinæ & veri Cultus Conservatio? quæ videlicet in salubri Ovium Ecclesiæ pascuo & repellendis Lupis consistit. *Ador. 10. v. 28.*

19. Ad cujus verò legitimam consecutionem præprimis requiri censemus *Curam literariam*, h. e. *Scholarum foundationem & Constitutionem*. Quippe ἐκ τῶν παιδῶν οἱ κοινῶσι γίνονται τῆς πολιτείας, i. e. Ex pueris sunt Magistratus. *Arist. 1. Pol. c. 13.* Ex pueris participes & socii sunt Reipub. *Vid. Arist. 7. Pol. c. 15.* Unde pessime audiunt Megarenses, quod inertiam suam juventutem neglexerint. *Alian. lib. 42. Piccol. 10. Phil. Mor. c. 30. Keckerm. in System. Polit. 6. p. 191.* Sunt etenim istæ Religionis & virtutis nutrices, sunt linguarum & artium officinæ, sunt arteriæ in Ecclesiam orthodoxam Religionem, in Rempub. Pacem & Concordiam diffundentes. *Cas. in Spher. c. 11.* Quid? quod sunt Iptæ (quod *Encomium Celebratis*. *Ritterhus. in Præfat. Comment. ad libr. 1. Salviani Academiæ tribuit*) nihil aliud, quam Sapientiæ arces, templa veritatis, scientiarum thesauri, omnium

omnium liberalium artium mercatus, prudentiæ ac humanitatis palestra, amicitia & humanarum virtutum officina, Civilium instrumentorum armamentaria, paradisi, admirandarum animi voluptatum, fontes omnis super terram felicitatis, fin. autem & auror. quædam & communes omnium salutis prænunciæ. *Limn. lib. 8. c. 1. n. 81.*

20. Scholæ autem dividuntur in *Particulares s. Triviales, & Universales, s. Academiæ.*

21. *Scholæ Triviales* quilibet Magistratus in suâ Provinciâ ordinare & debet & potest.

22. *Scholæ Universales* verò *s. Academiæ* solig Imp. Autoritate & potestate eriguntur, confirmantur. (si ab aliis docentur aut ædificentur) *Job. Hensler. Diss. de Curâ Magistrat. 1b. 44.* describuntur à Summo Principe privilegiata docentium & discipulorum Collegia, ad hoc, ut certò in locò artes liberales publicè tradere & addiscere, atque Eruditibus honorù aliquot titulos & gradus conferre liceat, utrumque publicam in utilitatem, atq; Supremi Numinis honorem. *Limn. lib. 8. cap. 1. n. 24. & capp. seqq. Tom. 4. & 5. Addit. ad h. l.*

23. Porro ad Conservationem Religionis, ad arcendos lupos, ad repellendos hæreticos & perversores divini verbi necessitas quandoque exigit *Conciliorum (scil. Generalium, Nationalium & Colloquiorum) Convocationem*, in quibus de vera Religione, ex verò DEI verbo decreta fiant & constituentur. *Dan. Ott. Cap. 14. p. m. 743.*

24. Quò pertinere etiam duco *consistoria*, quæ Nobiliss. Dn. Præses in *Dissert. sua de Orig. Consistor.* definit: quod sint Judicia Ecclesiastica Magistratus territorialis, Constantia Viris Theologis & Politicis ad cognoscendum super Causis & merè & mixtè Spirituallibus instituta, ut omnia piè, honestè, decenter, ordine, sine scandalo & pacificè in Ecclesiâ fiant. Aliam Breviorem & Brevissimam Definitionem vide sis apud Eundem ibid. Nobis ad ulteriora decurrere animus est.

### C A P. III.

## DE ADMINISTRATIONE POLITICA TOGATA.

I. Quemadmodum duo sunt Reipub. tempora, *Belli & Pacis,*

is; Ita Imperatoriam Majestatem, non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: ut utrumque tempus & Bellorum & Pacis recte possit gubernari. *Sacratiss. Imp. Just. in pr. proem. Inst.* Unde igitur duplex Imperantium officium emergit, quorum alterum in armis, alterum in legibus positum est. *Giphan. ad l. c. Illud vocant Administrationem Imperii Sagatam; Hoc Togatam.*

2. De Sagatâ inferius agemus. *Togatâ* versatur vel circa Res Aut Bona Imperii, Aut Circa Negotia.

3. Bona Imperii communiter distinguere solent in *Primariâ & Secundariâ*.

4. *Primariorum* rursus Alia dicunt esse *Fiscalia*, Alia *Patrimonialia*.

5. Inter *Fiscalia*, quæ ex Casualibus percipiuntur redditibus, & in thesaurum fiscalem deferuntur, ad communemque Principis ac Reipub. negotiorum utilitatem à Principe administrantur, *Tholosan. lib. 3. de Repub. r. 2. n. 10.* veniunt Vacantia, Erblose Güter/Damnatorum & Proscriptorum, Crimen Majestatis committentium, indignis relicta, incestum committentium Bona &c. Argentariæ, Salinarum redditus. *Vide Schütz. Vol. 1. Diss. 6. th. 19. Dan. Ott. cap. 11. Jacob. Nimmer. Tract. de Regalib. th. 7. Decimæ. Vid. Reinking. lib. 3. Gl. 1. cap. 8. Tract. peculiar. Petr. Rebuff. edit. Colon. Agripp. 1572. in octavo, Collectæ, Vectigalia, Et tandem in genere omnes Causæ & Casus, qui vigore Cæsareæ Majestatis & Imperii Juris communis, Constitutionum & Ordinationum ad Fiscum Imperialem spectant. Schütz. Vol. 2. Diss. 9. th. 1. lit. c.*

6. Quorum singula hęc loci pertractare non vacat, quare B. Lectore ad prædicti. Autores ablegatò, nobis impræsentiarum temporis lucrandi gratiâ frequentiora saltim & potiora ex iis, ut sunt *Collectæ & Vectigalia*, attigisse sufficiet.

7. *Collectæ* autem vel in pecunia numerata consistunt, vel in aliis rebus, ac quandoque in hominibus, atque ita pacis bellive tempora spectant. *Limn. lib. 4. c. 7. n. 58. & seqq.* Eæque dicuntur vel *Ordinarie*, vel *Extraordinarie*.

8. *Ordinarie* dicuntur, quæ à Lege certam sive quotannis, sive Casu determinato emergente recurrentem statutam, sive regularem habent præstationem, verb. gr. *Der Anschlag des Römerrugs/*  
Darin

darin ein jeder Stand eine gewisse Anzahl Vöcker zu Kost und Sub  
zu halten verpflichtet Juxta & Contributio zu Unterhaltung des  
Sammergerichts. *Limn. l. c. n. 61. 62.*

9. *Extraordinarie*, quæ extra ordinem imponuntur, auto-  
ritate Imperatoris propter imminentem necessitatem. Cujusmodi  
videntur esse hodie Contributiones sive Collectæ Turcicæ Die ge-  
meine Türckensteuer zum Türckenriege. *Limn. ibid. & seqq. Vid. Ad-  
dit. tom. 4. ad h. l.*

10. Hæ autem non à solo Imperatore, sed cum Consensu  
Statuum Imperii indicuntur R. A. zu Worms 1495. und zu Aug-  
spurg Anno 1500. Item zu Cölln Anno 1512. S. Vnd damit die Wässi-  
gung &c. *Vid. Ott. Cap. II. p. m. 445. De Contributionibus hodie ut plu-  
rimum in Germaniâ usitatis vid. Dissert. Theoric. Pract. Caspar. Glockens  
Jedi Tom. 1. Basil. disp. 4. p. m. 263.*

11. *Vestigalia* quæ vulgò *Telonia* dicuntur, sunt nihil aliud,  
quam reditus publici, qui ratione mercium importandarum & ex-  
portandarum, invehendarum & avehendarum, aut eorum quæ cir-  
ca merces sunt penduntur. *Cellar. Tab. Pol. 13.*

12. Jus & Potestas nova Vestigalia instituendi, vel jam in-  
stituta augendi in Imperiò nostro penes Imperatorem & Electores  
est. *Capitul. Ferdinand. III. Art. XX. Wir sollen und wollen auch &c.  
Vid. Dan. Ott. Cap. II. p. m. 431.*

13. *Patrimonialia* sunt Res Imperatoris aliorumque Princi-  
pum propriæ, ut Bona à Parentibus relicta, vulgò *Erb Königreich*  
*Erb Fürstenthum* und *Land* / ut munera & dona &c. Quo perti-  
nent etiam *Domania Taffel Güter*. Illa intellige *Fiscalia*, interdum  
dicuntur *Patrimonium Sacrum*; Hæc nimir. *Patrimonialia*, *Patrimoni-  
um Privatun* & *Res privata*. *Limn. lib. 2. cap. 10. ex Giphan. ad § The-  
saurus vers. in Casaru loco Inst. de Rer. Divis.*

14. *Secundaria* iterum vel *Communitatem* respicere, vel ad  
*Privatorum Augmentum* pertinere dicuntur.

15. Ad *Communitatem* spectantia referuntur *Compascua*, s. *Com-  
munia* vulgò *Koppel Waide* / quando Vicini ex jure quòdam famili-  
aritatis & amicitie sua sibi invicem pecora in agris & territoriis suis  
compascere permittunt.

16. Ad *Privatorum* quæ *utilitatem* conferunt, haud postremò  
facere

facere censentur Artificia & Commercium, eorumque Institutio & Promotio, ne scilicet Potentiores ipsorum Commoda ad se attrahendo, plebejos & inferiores negotiatores plane opprimant. Id quod maxime etiam averfatur Theodof. Imp. ap Zonar. tom. 3. ad uxorem. Cum me Deus Imperatorem, inquit, designarit, tu me Mercatorem, facere contendis. Scio autem Mercaturam privatis hominibus esse concessam, ut eum toleranda vite modum habeant: quod si nos prater Imperii opes etiam Mercaturæ emolumentum interceperimus, undenam Subditi victum comparabunt? *Limn. lib. 6. c. 5. n. 76.*

17. Exinde promanant Nundinæ & Monopolia.

18. Nundinæ à nono dictæ die, quasi Novendinæ, quod eò celebratæ fuerint; sunt Mercatus, qui habentur incolarum & mercatorum res suas frequenti concursu deferentium causa. *Schönb. lib. 4. Pol. cap. 31.* Atque sunt vel *Universales* s. *Solenniores*, vel *Particulares* s. *Vulgares*. *Universalium* s. *Solenniorum* Institutio Privilegio absque Imperatorio celebrari non potest. *L. un. C. de nundin. & Mercat. Add. tt. D. de Nundinis, ubi l. 2. dicitur, quod Nundinæ impetratæ à Principe non utendo, decenni tempore amittantur. Particulares verò & Vulgares, Jahrmärkte / Wochenmärkte liberè Territorii Domino erigere licet, etiamsi vicinis Proceribus incommodæ & dispendiosæ sint. arg. l. 9. de servitut. l. 1. §. 12. ff. de aqua & aqua pluvia arcenda. Limn. lib. 4. c. 8. n. 302. Schütz. disp. 6. th. 21. lit. g. ubi Limn. arguit, quod Particularium Jahrmärkte (distin. Wochenmärkte) liberam Dominus territoriorum tribuat erectionem, Cui tamen respondet Limn. Addit. Tom. 4. ad h. l.*

19. Stapula & Merces loci *Standgeld* an legitimè exigi possit, *Vid. Jacob. Nimmer. Tract. de Regalib. th. 5. lit. 9. Wehner in Observ. Pract. invoc. Staffelrecht.*

20. *Monopolia* (Germ. *Fürkauff*) contingunt vel sola *conspiratione privatorum*, de compacto id agentium, ut res supra pretium id quod summum nunc est in communi pretio vendatur, aut vi, aut fraude impediendum, ne major copia importetur, aut ideò merces coëmentium, ut vendant pretiò, quod tempore venditionis iniquum sit. *Hug. Grot. de J. B. P. lib. 2. cap. 12. §. 16. p. m. 214. & 219.* Hòc casu omnino sunt prohibita & ad breves Gyaras orciue portas releganda *Vid. Schütz. Disp. 4. th. n. lit. B. & Vol. 2. d. 9. th. 8. lit.*

A & B & C de Monopol. & Hug. Grot. in Flor. Sparf. ad Jus Justin. p. 344. Vel ex Privilegio Principis, qui ex causa publicæ utilitatis & necessitatis quandoque uni, vel pluribus permittit solis commercium de re aliquâ instituire. Cujusmodi licitè fieri posse probat Hug. Grot. d. l. exemplis Josephi ViceRegis in Ægypto, & Alexandrinorum Indicarum & Æthiopicarum mercium *μονοπωλείας* (Scrabonis locutione) sub Romanis habentium. Aristoteles in hoc sensu vocat *κτ νόμῳ π χρηματισίῃ* & allegat Thaleris Milesii exemplum, ubi rem proventum *Oleatum* prævidentis, & omnia vasa coëmentis, & suo exemplo docentis, possibile & Philosophis ditescere, modò vellent. *Pol. c. 11. Addit. in fin. χρησιμὸν δὲ γνώσειεν πάντα καὶ πῶς πολιτισίῃ.*

21. Succedunt his *Artificia* s. *Opificia* exinde merito dicta, quod multiplici usu instrumentorum & suppellectilis, adeoque & lucri & quæstus inde redundantis Civitati & opem ferant & opes suâ operâ & opere. *Bornit. de rer. suffic. c. 2. Schütz. Vol. 2. disp. 9. part. 2. th. 9. lit. a.* Hæc autem, eorumque utilitatem & necessitatem hæc recensere cum nec tempus, nec charta suppetat. *haud injuria cum Cic. lib. 2. offic. Quid numerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino esse nõ potest, quis victus aut cultus, & quod sine his urbs habitari aut frequentari nõ possit? Hinc & legit us Imperii cautum, ne quis iis præter rationem arceatur, Schütz d. l. Hinc quoque abolenda generaliter omnia illa Eorum Statuta, quæ cunque contra utilitatem currunt publicam, pronunciat *Limn. lib. 4. c. 8. n. 299. Vid. & Addit. Tom. 4. adh. l.**

22. Cum autem *Emtio* & *Venditio*, quæ *Commercia* & *Artificia* ut plurimum promoventur, sine numis contrahi nequeat, *l. 7. de Contr. Emt. §. 1.* Majestati incumbit *Monetam*, utpote generaliter omnes res æstimantem *l. 42. in fin. de fidejuss.* cudendam permittere, *Materiam* determinare, *Valorem* constituere & mutare, *figuram certam* imprimere. ubi notandum

23. I. In *Repub. nostra Romano-Germanicâ* Jus sive Potestatem illam *Monetæ* cudendæ, *Die Münzgerichtigkeit* est penes Imperatorem & Imperii Status esse communiter *test. Arnif. l. 2. Relect. Pol. c. 6. §. 5. n. 133. Buxtorff. ad A. B. Cap. 10. th. 99.* Electores tamen præ ceteris Statibus jus habere cudendi *Monetam auream & argentæam. Limn. lib. 3. Cap. 2. n. 53.*

24. 2. Mo-

24. 2. *Monetæ Materiam*, quæ pro ratione diverlarum generum varia esse potest, potissimum apud nos esse Aurum, Argentum & Æs.

25. 3. *Valorem s. Pondus* esse certam numarii metalli quantitatem, publica lege definitam; cuique numo attributam. *Bocer. de Jur. monet. cap. 2. n. 44. Dan. Ott. c. 11. p. m. 436.*

26. 4. *Figuram sive Formam* ab initio esse impressam, ut à ponderandi molestiâ liberaret *Arist. 1. Pol. 9.* Quæ itidem varia esse potest. *Vid. Cellar. Pol. Succinct. lib. 2. Cap. 5.* Tantum de Rebus sive Bonis Imperii.

27. Post Ea Consideranda sese offerunt *Negotia Ejusd.* In quibus ritè excutiendis probe dispiciamus oportet.

28. 1. *Quomodo & per quam expediri soleant.* Expediuntur vero præcipue per *Conventus s. Comitia*, à coeundo, vel potius, ut veteres volebant, à Comeundo dicta, quod populus his coire, & in unum locum convenire soleret, *Limn. lib. 9. c. 1. n. 8. Dan. Ott. c. 13. p. m. 476. Schönb. lib. 4. c. 33.*

29. Eaque vel *Generalis*, ut sunt *Conventus Cæsaris* atque *Ordinum Imperii* ab Ipso cum *Electorum* consensu indicti ad Ipsius Imperii utilitatem *Ein Reichstag/oder gemeine Reichs-Versammlung/* *Limn. lib. 9. c. 1. n. 13. Dan. Ott. c. 13. p. m. 476. Schönb. lib. 4. c. 33.*

30. Vel *Specialia s. Particularia*, ad quæ autoritate *Legis Publicæ* non omnes Imperii vocantur, aut comparent Status, sed aliqui tantum ex iisd, *Limn. l. c. n. 227.*

31. Et Horum quatuor indigitantur species: Sunt enim vel 1. *Electorum*, tum ad eligendum Regem Romanorum in Imperatorem promovendum, tum alias ob causas extra ordinem indicta. *Ille dicuntur ein Wahltag/Hæc ein Churfürstentag.*

32. Vel 2. *Deputatorum ein Depuration Tag/* primam instituta August. Anno 1555. & vice vel nomine Imperatoris ab *Electore Moguntino*, efflagitante illud Imperii utilitate vel necessitate, aut ingruente negotiorum mole, quæ in Publicis Imperii Comitibus explicari non potuerunt, indici solent. *Vid. Limn. d. l. n. 233. & seqq. Schönb. ibid. Dan. Ott. p. 517. Schütz. d. 10. th. 16. lit. 2.*

33. Vel 3. *Visitatorum Camerae*, De his *Vid. Ord. Camerae Part. 1.*

D 3

tis. 50

III. 50. Jurter und zu mehrer Bestendigkeit &c. Limn. n. 240. Ott p. 519.

34. Vel 4. *Circulorum*, die Kreis Täge / indicuntur ob Causas peculiare istis Circulis: Eliguntur Duces, Eorumque Legati & Consiliarii Kreis Obriste / Käse und Zugeordnete *Sel'orb* l. c. Vid. Schütz. d. 8. 1b. 1. lit. A. Suntque vel *Universales*, quando omnes Circuli conveniunt, vel *Particulares*, cum quidam vel unius saltim Circuli Status conveniunt. Dan. Ott. J. c. p. 514. Vid. Limn. d. l. n. 241. & seqq. Addit. Tom. 4. & 5.

35. Ab hisce Comitii separantur *Particular. Statuum Conventus* Landtäge / ad quos privata ipsos quandoque conventio vocat atque lubentia.

36. II. Nunc expendenda occurrunt *Negotia ipsa*, quorum Alia expediuntur, aut ab Imperatore & Statibus cum suis Subditis, ut sunt.

37. I. *Legum Sactio*, vel *Generalium*, ut *Recessuum Imperii*, *Reichs Abschiede* / qui desinente *Borr. in Cap. 1. Jurispr. Publ. 1b. 5. lit. c.* sunt communis Reipub. seu Imperatoris & Statuum Sponsiones ad ipsam Administrationem spectantes *Dan. Ott. cap. 12 p. m. 461* in Comitiiis rogata, sancita & promulgata.

38. Vel *Specialium* ut sunt *Privilegia*, in unum aut paucos Cives lata, sive ad eorum commodum, sive detrimentum spectent *Becker. Synops. J. P. lib. 4. cap. 3.*

39. Eaque sunt vel *Personalia*, quæ propter solam personæ conditionem sunt adulta, nec ad hæredes transeunt, sed cum persona cui data sunt, simul expirant, *J. privilegia de R. J. 196. Er.*

40. Vel *Realia*, quæ sunt certæ alicui causæ concessa, & ad quosvis successores transeunt, *l. 3. §. 1. de censib. d. l. 196. de R. J. Er. Dan. Ott. cap. 12. p. m. 464. Et ex eo ni fallor Becker. lib. 4. cap. 3. p.*

*ma Imperialis Imperii 445.*  
*ibunal, probendebet quod*  
*institutum Ameram. Staty*  
*re Juris reddendi per*  
*etem. Sed falsum*  
*219. l. c. p. m.*  
*M. hoc est, quia*  
*era Jurisdictione comp. m. 347. ex Schönb. lib. 5. cap. 20.*  
*et iura manifestata, et illam non habere ante institutum Ameram. Staty cum Imperatore communem*  
*Imperator tantum*

41. II. *Sancitarum Legum Executio*, quæ consistit in Constitutione *Judiciorum* vel *l. Ordinariorum* Eorumque vel *Universalium*.  
ut *Judicium Spirense s. Camera Imperialis*, quæ est supremum *Impe-*  
*rii Tribunal*, quo apud Imperii *Judices* seu *Assessores* legitima  
rei controversæ inter litigantes tractatio instituitur. *Dan. Ott. cap. 11.*  
*Institutum & legibus munitum.*  
*subit. in Ott. p. m. 464.*

fuit à Maximil. I. Imp. communi Scatorum Consilio Anno 1495. ult.  
Octobr. ( Alii habent 7. August. ) ut esset Supremum Justitiæ domicili-  
um, Singulare Imperii Civium per fugiam, atque adeò extremum  
Juris asyllum, das oberste und letzte Gericht N. A. in Augspurg Anno  
1530 S. dierweil nun unser Vid. Limn. lib. 9. cap. 2. n. 4. & seqq. per tot.  
Addit Tom. 4. & 5. ad h. l.

42. Judicium Rothvilense, Des Heil. Reichs Hoffgericht zu  
Rothweil/Ord. Conradi Suev. Imp. (cui illud instituere placuit Anno  
1147. vel secundum alios 1146. Rothvilz.) ap. Goldast. Tom. 1. der  
Reichs-satzungen p. 6. part. 1. t. 6. Vid. Limn. d. l. c. 3. Jurisdictionem  
in certo tantumac limitato districtu per Suevicum, Austriacum &  
Rheni Circulos exercens. Vid. Schönb. lib. 5. cap. 21. Dan. Ott. cap.  
11. p. m. 358.

43. Judicium Aulicum Imperii, Des Reichs Hoffrath Cæsareæ  
Majestatis Aulam ferè sequitur, & eod. loco consistit, quo Impera-  
tor Residentiam suam, ut vocant, fixit, Causasque controversas Im-  
perii Status atinentes tractat atque examinat. A quò aliud habe-  
tur Consilium Aulicum Imperatoris, der Kaysertliche Geheimbte Rath/  
in quo Cautæ ad Rationem Status pertinentes tractari præcipue so-  
lent. Limn. lib. 3. cap. 4. Addit. Tom. 4. Vid. Ott. cap. 11. p. m. 346.

44. Vel Particularium, ut sunt Cancellaria &c. Cansley/Hoff/  
Land und Stadtgerichte / quæ quilibet Elector, Princeps & alius Sta-  
tus in suo Electoratu, Principatu & Territorio erigere & exercere  
potest. Braudl. lib. 7. cap. 9. n. 15. In Electoratu & Ducatibus Saxo-  
niæ nota sunt Dicafteria Provincialia Hoffgerichte / quorum unum  
& in Inclyra Salanà cluit, & ex Præside & septem Assessoribus con-  
stat, atque à Scabinatu Schöpfensstul ejus loci multum differt. test.  
Collar. lib. 2. Pol. Succinct. c. 9. S. 17.

45. Quò pertinent etiam Austregæ Austragæ / Judicia, in qui-  
bus ex Ordinationum privilegiis quorundam Ordinum & immedia-  
torum Imperii Statuum conventorum negotia & lites modo & for-  
ma inibi præscripta discutiuntur & deciduntur, daß alda die Sachen  
rechtlischen außgetragen werden. Vid. Them. Synopt. Frid. Lentii de  
Privileg. Immed. S. R. J. Procerum Instantius th. 2. per tot. Caspar. Zie-  
gler. in suis Concl. ad Aur. Prax. Nicol. Calvill. S. Austregæ n. 5. Schütz.  
vol. 2. disp. 3. per tot. Limn. lib. 9. cap. ult. Reinking. lib. 2. Cl. 2. c. 16. & c.

46. Vel

Inter ipsam Jurisdictionem  
et in eam expedienda jurisdictionem

46. Vel II. *Extraordinariorum*, videl. per *Pignorationes* ex Turbatione ejus rei vel Juris, cujus possessionem vel quasi ad nos pertinere asserimus, *Vid. Schütz. Vol. 2. disp. 5. hæc tantum inter Immediatos Imperii locum habent, ac differunt proinde*

47. I. A *Repressaliis*, inter alias etiam personas obrinentibus, quas *Limn. lib. 4. c. 8. n. 305.* describit per Manus injectionem, quâ nobis conceditur personas, vel bona earum apprehendere & detinere, quæ nobis alio Juris prætextu obligatæ non sunt, quam quod earum Magistratus injuste nos habuerit, aut Concives, qui nobis obligati, justo termino non satisfecerint, & ad instantiam nostram Magistratus loci superioris nobis vel aperte denegaverit, vel protractione indebitâ suspenderit. *Vid. quoque Schütz. d. d. th. 2. lit. A & seqq per tot.*

48. 2. Ab *Arrestu*, quæ committuntur in Imperio nostro, quando immediate Imperio subjectus, alterum immediate Imperio subjectum, vel ejus Bona aut ejus Subditos, eorumve bona, viâ facti ob Causam Civilem detinet, & relaxationem idoneâ Cautione oblata facere recusat. *Schütz. Vol. 2. disp. 7. th. 6*

49. III *Justitiæ administratio*, quæ idem est in Repub. atq; Anima in Corpore, imo vinculum & custodia humanæ societatis & Reipub. *Proverb. 16. & eâ remotâ Regna sunt magna atrocitas test. Aug. Sapient. 1. Luc. 12. 31.* Consistit autem potissimum in *Premiorum distributione*, quæ quasi Excitatio & Conservatio desiderii virtutis est 2. *Sam. 5. 8. 1. Chron. 11. 6. Jud. 1. 12. 13. Deut. 28. & Pœnarum irrogatione.* Impunita enim maleficia esse haud oportet *l. 51. §. 5. ff. ad l. Aquil.* idque vigor publicæ disciplinæ postulat, *l. 9. §. 5. ff. de publican.* ut adeo Eadem manus ceu Pullo Equino, quæ popismate eum demulcet & jubas peccit, virga etiam miniteretur. *Saavedr. Symb. Pol. 38. p. m. 288.* unde & *Chassan. p. 1. glor. mund. Confid. 3.* Duo Elementa virtutum esse putat. *Honoris spem & Pœne metum.*

50. IV. *Censura*, quæ animadvertit in ea, quæ aliâs legibus non vindicantur. *Hensler. De Cur. Subdit. Extrins. th. 2.* Eam omnium, quæ in Repub. cogitari possunt, munerum maximum omnibusque Civitatibus maximè necessarium, utilissimum & omni laude dignissimum de prædicat *Bodinus. lib. 6. de Repub. 1.*

51. *Alia Negotia* expediuntur ab Imperatore & Statibus  
tam

tam inter sese, quam cum Exteris, v. gr. *Fœdera*, *Assistentia*, *Neutralitas*, *Clientela*, *Ganerbinatus*, quorum delineationem in Sequens Caput ob Causæ cohærentiam remittimus.

52. De mutuis Imperantium & subditorum officiis hîc loci insuper tractare tantò duco necessariò minus, quantò Scriptorum de iisd. passim tractantium cumulus major prostat & notior

## CAP. ULTIMUM

### De Administratione Sagatâ.

1. Posteaquam igitur pro modo Instituti nostri satis vidimus, qua potissimum ratione, quoque ordine compluria intra Imperii nostri & Administrationis hujus Togatæ limites composita, & quid in hisce Juris exhiberi soleat; ad eos etiam, qui nulla nobis parendi imperandique societati religione curam prorogabimus, ac ne ab horum forsan parte violenta iniqui alicujus fideris aut impetus virulentia, florentem Reipub. vitem affligat, deprimat aut labefactet, Firmam Ipsi Lanceam (*Administrationem puta Sagatam*) In Fulcrum Pacis affigemus. Felix quippe & fortunatum illud Regnum, in quò Armarum Existimatio ubertatem conservat; ubi Lanceæ olivas & vites sustentant: ubi Ceres Bellonæ galeâ utitur, ut fruges suas tantò securius possit producere. *Saavedr. Symb. Pol. 74. p. m. 636.* Jis utiq; cum vel ad defendendum, vel ad vindicandum sæpenumero uti Rempub. oporteat. Hinc Bellum oritur; hinc *Castella* s. *Fortalitia* extruuntur; *Armamentaria* eriguntur & conservantur; *Jus Apertura*, *Jus Sequelæ* exercentur &c. Hinc *Fœderumulus*, & *Assistentia*, *Clientela*, *Ganerbinatus* ac *Neutralitas* proveniunt. Hinc tandem, ubi illud vivere desinit *Aureæ Paci* (cujus vel jucundissimum nomen nos juvat) nascendi locus adest atque occasio.

3. Est verò *Bellum* nihil aliud, quam Status duarum pluriumve Rerumpub. per vim certantium, quæ tales sunt. *Vid. Hug. Grot. d. J. B. P. lib. 1. p. 1. Desinente Schönborn. l. 6. Pol. c. 1. ex Althus. cap. 29.* Est Actio hostilis ad injuriam propullandam vel vindicandam à Magistratu vi armisque contra hostes, pacis retinendæ vel consequendæ causâ legitimè suscepta & administrata. *Secundum Schütz. Vol. 2. d. 10. th. 1.*

E

10 *th. 1.* Est Inimicitia publica, quam Imperator Romanus cæteri q̄,  
quibus in Imperio ejus rei Jus est, & hostes illorum inter sese per viam  
militarem hostilemque exercent.

3. Magna huc munimenta afferunt *Fortalicia & Arces muni-  
tiores*, eæque vel *Limitaneæ Gränghäuser*. so auff denen Frontierun-  
gen liegen/per quas ab incurfione hostium Respub: illæ sa ferveri pot-  
est. *Braudl. lib. 8. c. 6. n. 8.* vel in *meditullio exstructæ*, ut & oportu-  
num & ex æquo incolarum contra molitiones hostiles habeatur a-  
sylum; & commodum Principis adversus subditorum rebellionem  
præsidium *Schönb. lib. 3. c. 12.*

4. Huc etiam spectant *Armamentaria Rüsthäuser / Zeug-  
häuser* / ubi Tormenta & Machinæ bellicæ fabricantur & conservan-  
tur. *Vid. Schönb. lib. 3. c. 11.* Cujus generis præcipuè in Germania  
nostra celebrantur Serenissimi Electoris Saxon, Dresdæ, Augustæ Vin-  
delicorum, Cui Inscriptio data: *Belli Instrumento, Pacis firmamento, No-  
ribergæ &c. Vid. Linn. l. 4. c. 8. n. 21. Arnif. de Jur. Maj. l. 2. c. 5. n. 7.*

5. Huc coincidunt *Jus Aperturæ die Deffnung* / quam subditi  
tempore Belli Domino territorii aperiundo castra & arces tenentur  
facere. *Linn. l. 4. c. 8. n. 244. ex Knichen. de Jur. Territ. cap. 4. n. 254. &c.*

6. Ut & *Jus Sequele die Folg und Reise* / quod subditi Supe-  
riorem Bellum moventem, vel ab aliis Bello peritum sequi tenentur.  
*Wehner. Observ. Pract. verb. Folge / Reisen / Dienste.*

7. Horum recensitorum Jura & alia complurima quomodo  
Imperii nostri Statibus communicata sint *Vid. Linn. l. c. à n. 207.  
usq; 252.*

8. Hisce recte succenturiantur *Fœdera*, utpote quibus & in-  
ferendum præcavetur Bellum & illatum, cui expediundo unius suffi-  
cere vires non poterant, junctis Fœderatorum auxiliis, feliciter pro-  
pulsatur, ac beata denique pace impetratâ ad optatum perducitur  
exitum. *Schütz. Vol. 2. d. 12. th. 1.*

9. Fœdus verò & quidem propriè dictum, *juxta Keck lib. 2. Pol.  
p. 389. Dan. Ott. cap. 11. p. m. 388. est*, quò diversi Principes salvo u-  
triusq; Jure sese mutuo solenniter obligant ad amicitiam colendam,  
fidem præstandam, auxilia mutua habenda & hostes communes ha-  
bendos.

10. Fœdera etiam, sed *impropriè* dicuntur *I. Assistentia*, quò  
duo

duo vel plures auxilia mutua sibi certò modo invicem promittunt.  
Wielang ein Stand dem andern beyzustehen schuldig / si aliorum in  
auxilium expeditionem suscipiant contra illorum subditos rebelles.  
Vid. *Limn. l. 4. c. 8. n. 250. R. A. zu Speter de Anno 1526. S. damit*  
*auch ibi. Auffihren selbst eigen. Kosten und Schaden &c. & repetit.*  
*de Anno 1529. S. damit auch &c.*

II. 2. *Clientela seu Fœdus Clientelare*, quod & Jus Protecki-  
onis Schuß und Schirm Berechtigtheit vocatur, describitur à *Braudl.*  
*l. 8. c. 3. n. 3.* Jus, quod alter alterius defensionis, & is vicissim mutua  
oblequii tenetur ratione, integra tamen Reipub. suæ Jura retinens.  
*Vid. Dan. Ott. cap. 11. p. m. 409. 410.* Nam Schuß und Schirm gibe  
keine Obrigkeit. Quamvis haud raro eveniat, ut juxta illud *Protegen*  
*pero de struyen*, ceu Plumæ Aquilinæ aliarum avium plumas sibimet  
vicinas corrodunt ac destruunt, quod fidei & tutelæ prius commif-  
tum fuit, titulo defensionis naturalis postea ut suum detineatur.  
*Saave dr. Symb. Pol. 92. p. 474. & seqq.* Quemadmodum præter cetera  
testatur Exemplum Meris, Tulli & Veroduni sub nomine defensio-  
nis à Rege Galliarum Henrico II. occupatarum, Imperioque erepra-  
ram. Quo autem Jure occupatio ista facta, & detentio huc usque  
fiat *Vid. Limn. Tom. 4. Addit. lib. 7. Cap. 32 n. 6.*

12. 3. *Ganerbinatus*, qui hodie cum in desuetudinem ferè  
abierit, supervacaneâ Ejusd. expositione tempus non morabimur.  
*Vid. interea Schönb. l. 2. Pol. 6. 13 p. m. 121. & Killinger. in tract. inte-*  
*gro. de Ganerb.*

13. 4. *Miserabile Fœdus*, cum victi in victoris tutelam concedunt.  
*Dan. Ott. c. 11. p. m. 411.* Quo ferè modo Turcam subjugatos habe-  
re constat.

14. Hisce omnibus contraria est *Neutralitas*, quâ, ingruente  
inter vicinos bello vicinus neutri bellantium se adjungit, nec alter-  
utrum impugnat, sed abstinens ab armis, cum utroque, quantum  
potest, pacificè vivit,

*Et librat geminas eventu vindice vires.*

Atro carbone notantem Neutrales *Vid. Schönb. lib. 4. c. 34.*

15. Potestas sive *Jus Belligerandi & faciendorum fœderum*,  
in Repub. nostra Romano-Germanicâ est penes Imperatorem &  
Ordines simul Imperii, ita, ut Imperator nec bellum suscipere, nec

foedus inire sine suffragio vel Statuum, vel ad minimum Electorum possit, quemadmodum omnes Hodiernorum Impp. Capitulationes contestantur.

16. Compluria equidem hic ad Rem militarem pertinentia, forsitan haud inutiliter differere possemus, nisi istud & nimia temporis prohiberet exiguitas, & ipse Mars, Belli Præses jamdudum Olivam Auræ Pacis dexteræ inserere gestiret (*H. m. Cives latibundi ap. Barclaj. Argen. lib. 3. p. m. 318. in ovante Meleandri, ex feliciter confecto, post occisum hostem, Bello, reditu Pacis imaginem præsentant*) Si enim verum est, quod non semel dixit Aristoteles, πόλεμος εἶναι εἰρήνης χάριν, ἀρχολίας τε χολῆς, Bellum pacis & negotium otii causa institutum? *De Repub. 7. c. 14. & 15 & x. Nic. c. 7.* Siverum est, quod Cicero tanquam è penitissimo Oraculi tripode effatur, *suscipienda bella ob eā causam, ut sine injuria in pace vivatur, ut nihil aliud, nisi pax quaesita videatur? De Off. 1.* Si denique interitus quasi & mors Belli principium vivendi dicitur paci? Jam diu est, quod felicem Ejus nativitatem morati sumus. Ad Eam igitur, seu Finem Belli, & cum Eâ simul ad finem Exercitationum nostræ decurrimus.

17. Est vero Pax nihil aliud, quam Conventio Publica, quæ Causæ Belli è medio tolluntur, atque animi læsi in gratiam reducuntur. Quandoquidem necessum est, si animi in gratiam reduci debeant, ut prius damna illata resarciantur, ἀμνηστία statuatur, atque nova deinceps mutæ signa edantur benevolentix. Sic in Tricenali Bello Germanico Generali Amnestia hostilitates omnes sopitæ sunt. *Vid. & D. Wigandi, Abavi mei, ni fallor, Materni, Tract. de Amnestiâ.*

19. Quo pertinet etiam Constitutio Pacis Publicæ, quæ sicuti multoties ab Imperatoribus gloriosissimis, unanimitate Ordinum Imperii consensu & voluntate R. A. zu Wormbs de Anno 1495. in princ. ibi Darümb wir mit einmütigen zeitigen Rath &c. sancita, promulgata, & saluberrimorum remediorum adminiculis subinde suffulta, firmata, corroborata est; ita adversus illicitos hominum, factiosorum ex dolò malò, vi armata susceptos motus & turbas præsentissimum existat ἀλεξιφάρμακον, & tam publicè, quam privatim Tranquillitatem, Pacem sanctam rectamque conservet. *Limn. lib. 1. cap. 13. n. 64. Schütz Vol. 2. disp. 4. th. 2. & seqq.*

Tempus

Tempus etiamnum hic calamus sistens plura adducere verat. Tuo  
proinde Cordate & Benevole Lector, candido rectoque iudicio Rhapsodi-  
cum huncce, momentaneum, inter varios oocupatiuncularum anfractus na-  
tum, Lucinae ope & accuratiore lima temporis defectu defraudatum, ruben-  
tem adhuc partu foetum modeste submitto. Si minus apre forsan  
quicquam dixerò, adest quae me excusat intricatissima materiae  
difficultas, & angustissima temporis brevitás,  
sin recte minus

Emendandi & rejiciendi mihi semper  
Jus esto.

SOLI DEO TRINO ET UNI SIT LAUS, HO-  
NOR & GLORIA IN AETERNUM.



Ad  
DN. RESPONDENTEM.

**P**ublica qui privis conjungit jura frequenter,  
Juriſconſulti nomen habere poteſt.  
Publica ſic pergas privo conjungere juri,  
Res cadet ex voto JAN-FRIDERICE tibi:  
Artibus & linguis præmiſſis, jura ſcienter  
Discere ritè poteſ, neque docere palam.  
Ingenium, ſtudio à nobis laudatur HUPELL,  
Ordine multa legas, dexteritate probes.  
Eſt methodus lampas, ratio cynoſura ſequenda,  
Qua ſine nec ſolidum perſicietur opus.


Hiſce Eximio, ac Poſito Juveni fauſta precari, ac aliis  
conatus ſuos laudabiles commendare voluit


PRÆSES.


**P**ublica jura refers, docteq; tueris, HUPELL;  
Materies operis ſat gravis iſta tui.  
Mox quoq; da, quæ ſit privati regula juris;  
Non minus iſta operis pars habitura decus,  
Hoc cape: juſtitiam ſic, & ſic jura reveles,  
Ut juſ ipſe ſimul, juſtitiamq; colas.  
Publicitùs nulli ſtudeas injurius eſſe;  
Sed quoq; juſtitiam ſtet retinere domi.  
Haſtenus eſ patrio cognomine notus HUPELL;  
Jam nova JUSTORUM nomina quære tibi.  
Alter ARISTIDES, in paupertate quieſcas:  
Sat tibi, juſtitiam, ſit, didiciſſe VIRI.


Amico ſuo L. M. Q. ſcrib.

HINRICUS Dringenberg/  
Phil. Moral. Profefs.









duo vel plures auxilia mutua sibi certo modo  
Wielang ein Stand dem andern beyzustehen  
auxilium expeditionem suscipiant contra illoru  
Vid. Limn. l. 4. c. 8. n. 250. R. A. zu Speier de  
auchibi. Auffihren selbst eigen. Kosten und Sch  
de Anno 1529. S. damit auch &c.

II. 2. *Clientela seu Fœdus Clientelare*, q  
onis Schutz und Schirm Berechtigtheit vocatur,  
l. 8. c. 3. n. 3. Jus, quod alter alterius defensionis  
obsequii tenetur ratione, integra tamen Reipub  
Vid. Dan. Ott. cap. 11. p. m. 409. 410. Nam Sch  
keine Qbrigkeit. Quamvis haud raro eveniat, ut  
pero de struyen, ceu Plumæ Aquilinæ aliarum avi  
vicinas corrodunt ac destruant, quod fidei & tu  
lum fuit, titulo defensionis naturalis postea u  
Saavedr. Symb. Pol. 92. p. 474. & seqq. Quemadm  
testatur Exemplum Meris, Tulli & Veroduni sub  
nis à Rege Galliarum Henrico II. occupatarum,  
ram. Quo autem Jure occupatio ista facta, & d  
fiat Vid. Limn. Tom. 4. Addit. lib. 7. Cap. 32 n. 6.

12. 3. *Ganerbinitus*, qui hodie cum in  
abierit, supervacaneâ Ejusd. expositione tempu  
Vid. interea Schönb. l. 2. Pol. 6. 13 p. m. 121. & Ki  
gro. de Ganerb.


13. 4. *Miserabile Fœdus*, cum victi in victoris  
Dan. Ott. c. 11. p. m. 411. Quo fere modo Turcar  
re constar.

14. Hisce omnibus contraria est *Neutralitas*  
inter vicinos bello vicinus neutri bellantium se  
utrum impugnat, sed abstinens ab armis, cum u  
potest, pacificè vivit,

Et librat geminas eventus vindice vires.  
Atro carbone notantem Neutrales Vid. Schönb.

15. Potestas sive *Jus Belligerandi* & faci  
in Repub. nostra Romano-Germanicâ est pene  
Ordines simul Imperii, ita, ut Imperator nec be

E 2



ttunt,  
um in  
belles.  
damit  
perit.

recti-  
audl.  
autua  
nens.  
ngibe  
egen  
immet  
mil-  
arur.  
tera  
sio-  
pra-  
ue

ferè  
nur.  
nte-

unt.  
be-

ente  
ter-  
m

um  
&  
nec  
edus